

QUAESTIO XVI

Utrum appetitus bruti sit liber et sic possit dici voluntas.

Deinde circa naturam¹ bruti quaerebatur unum, scilicet utrum appetitus bruti sit liber et sic possit dici voluntas. Et arguitur quod sic, quia ille appetitus est liber et voluntas potest dici qui ex se ipso non ab alio vere et proprie motus tendit in finem. Sed hoc convenit appetitui bruti, quia dicit Philosophus (1), primo, De generatione, quod finis non movet aliquem appetitum² nisi secundum metaphoram³. Ergo; et cetera.

Contra. Habens appetitum liberum potest mereri et demereri ut sit beatus; sed brutum non potest mereri; ergo; et cetera.

Respondeo dicendum quod ad videndum an appetitus bruti sit liber primo⁴ considerandum quid nomine appetitus intelligitur; et⁵ secundo etiam quid intelligitur nomine libertatis, sive quid est illud ratione cuius aliqua dicuntur habere libertatem et quae sint illa quae habent libertatem et quae non; tertio solvendae sunt rationes quae impugnant determinata et determinanda⁶ circa hoc; quarto concludenda est veritas quaesiti. Ut ergo primo videamus quid nomine appetitus intelligitur primo videamus eius divisionem.

Est igitur intelligendum quod, cum omnia entia bonum, hoc est suam perfectionem appetant, in omnibus entibus oportet ponere appetitum. Unde appetitus | alicuius nihil aliud videtur dicere quam principium inclinationis sive inclinationem vel aptitudinem sive ordinem ad assecutionem⁷ vel conservationem suae perfectionis. Et inde est quod in⁸ omnibus dicitur esse appetitus, licet in omnibus non sit cognitio.

Esse enim quod habent res in cognoscente secundum esse cognitum, sive secundum quod in cognoscente habet⁹ res cognita¹⁰ esse, non est ipsarum esse naturale et reale secundum quod habent esse in se ipsis, sed

¹ naturas C. — ² aliquem appetitum] om. C. — ³ metaphoricam PCV; metaphoram corr. 2^a m. V; metaphoricam corr. 2^a m. C. — ⁴ est add. 2^a m. C. — ⁵ om. C. — ⁶ et determinanda] add. 1^a m. C., del. 2^a m. C. — ⁷ executionem corr. 2^a m. C. — ⁸ ibi C. — ⁹ esse add. C. — ¹⁰ cognitum add. in marg. 2^a m. C.

(1) Aristotelis *De Generatione*, l. I, c. 7 (ed. Bekker, vol. I, p. 324, a).

est quoddam esse quasi spirituale secundum quandam rationem et formam aliquo modo immaterialem¹, etiam in cognitione sensitiva, qua informatur et perficitur anima et ipsi rei cognitae assimilatur. Non omnia autem nata sunt sic immaterialiter immutari. Et quia assimilatio, qua in cognitione² dicitur cognoscens assimilari rei cognitae, completur in ipso cognoscente, hinc est quod cognitio dicitur esse motus rei ad animam; et dicitur esse verum³ in intellectu formaliter, licet causaliter sit in rebus.

Sed quia appetitus est quidam ordo vel quaedam inclinatio in aliquid⁴ propter quandam conformitatem quam habet res in qua est appetitus ad illud ad quod per appetitum inclinatur, conformitatem autem bene habet res aliqua ad aliquid⁵ sive apprehendat sive non; ideo | etiam in rebus cognitione carentibus est appetitus. Grave enim appetit esse deorsum, quia per formam et naturam quam habet, conformitatem habet ad illum locum specialiter et ideo per naturam et formam suam illum locum dicitur appetere et ad ipsum⁶ inclinari. Homo etiam dicitur appetere⁷ balneum quia, cum illo indiget, habet realem conformitatem ad ipsum. Simul cum hoc etiam apprehendit ipsum et per formam apprehensam appetit ipsum et in ipsum tendit. Unde esse quod habent res in appetente vel volente non est | nisi quaedam inclinatio et ordo appetentis ad ipsas res secundum se ipsas propter⁸ conformitatem quam habet ad ipsas⁹. Et quia talis inclinatio non completur nec terminatur in appetente secundum quod appetit | tens, sed in rei ademptione, in qua ademptione consistit bonum et perfectio appetentis, illa tamen non est perfectio appetentis secundum ipsum appetitum, sed secundum aliquid aliud quod habet rationem magis principalem in appetente¹⁰ ad¹¹ quam tendit appetens secundum quod huiusmodi; ideo dicitur quod appetere est motus ab appetente ad res et quod bonum formaliter est in rebus, licet causalitatem habeat super actum appetendi in cognoscitivis¹². Et quantum ad praesens sufficit.

Cum sint tria genera entium, scilicet non cognoscentia, sentientia et intellectiva, in omnibus est ponere appetitum sed differenter. Unde etiam¹³ distinguitur triplex appetitus: naturalis, animalis et rationalis vel intellectualis, non sic quidem quod in illo in quo est appetitus animalis vel rationalis non sit naturalis, sed sic quod bene est alicubi appetitus natu-

¹ aliquo modo immaterialem] immaterialem aliquo modo C. — ² incongrue P et 1^a m. C. — ³ vera C cum ras in parte superiori litteras a — ⁴ aliud corr. 2^a m. C. — ⁵ aliqua C. — ⁶ illum C. — ⁷ et ad ipsum inclinari add. P postea del. — ⁸ vel C. — ⁹ ipsam VP. — ¹⁰ in qua — appetente] om. PC. — ¹¹ om. C. in suppl. 2^a m. C. — ¹² In qua quidem ademptione consistit bonum et perfectio appetentis illa tamen non est perfectio appetentis secundum ipsum appetitum sed secundum aliquid aliud quod habet rationem magis principalem in appetente in qua add. in marg. alia m. C. — ¹³ et C.

ralis, ita quod non animalis vel rationalis, et alicubi est animalis ubi non est rationalis. Per hoc igitur patet quid est appetitus. Nunc igitur videamus singula membra dividenda.

Dicitur igitur appetitus naturalis id quod est in re aliqua vel natura secundum quod eam sequitur inclinatio vel aptitudo ad assequendum¹ perfectionem aliquam secundum habitudinem et conformationem realem quae est inter illam rem et huiusmodi perfectionem, sive illud ex quo suam consequitur perfectionem. Et hoc absque omni cognitione sive absque hoc quod ista perfectio habeat praeesse in perfectibili² secundum aliquod³ esse cognitum. Et talis appetitus potest assignari in omnibus entibus. Insensibilia enim appetunt suas perfectiones, ut de se patet. Similiter sensibilia etiam appetunt suas perfectiones; nam potentia apprehensiva sensitiva, quae perficitur per actum sentiendi, illum naturaliter appetit non praecognoscendo, et sua appetitiva potentia quae perficitur per actum appetendi naturaliter appetit actum appetendi. Ita etiam est in homine rationali quoad intellectum et voluntatem.

Est autem circa hoc intelligendum quod huiusmodi⁴ appetitus naturalis non semper est aliquid⁵ additum ultra essentiam appetentis. Sicut dicimus quod materia ut omnino prima appetit formam ut suam perfectionem habendam cum non habet et conservandam cum habet, et⁶ sic etiam dicimus quod sensus appetit sentire et appetitus appetere et cetera. Et sicut dicimus quod unumquodque ens imperfectum appetit suam perfectionem habendam, cum non habet, et conservandam cum habet, intelligendum est etiam quod, licet res per talem appetitum dicatur suam perfectionem appetere, appetere autem est verbum significans actum vel per modum actus, illud tamen appetere naturalis⁷ appetitus non est aliqua operatio differens ab isto appetitu et ipsum perficiens, ut patet in exemplis praedictis; sed est id ipsum realiter quod res ipsa, ut in aptitudine ad suam perfectionem qua secundum se carens perfectibilis est. Et propter hoc illud appetere, licet significet id quod significat per modum actus, non tamen significat verum actum.

Viso igitur quid⁸ sit appetitus naturalis⁹ et eius actus, videamus quid sit appetitus¹⁰ animalis et eius actus. Dicitur autem appetitus animalis id quod est in re secundum quod est vel nata est esse inclinatio ipsius rei ad bonum aliquod vel perfectionem aliquam, non solum secundum conformitatem aliquam realem quae est inter appetentem et appetibile, sed secundum quod appetibile ipsum ad quod habet appetens conformi-

¹ esse quantum corr. 2^a m. C. ; ad add. 2^a m. C. — ² imperfectibili P, 1^a m. C. et 1^a m. V. — ³ aliquid corr. 2^a m. C. — ⁴ huius PC. — ⁵ aliquod C. — ⁶ om. P. — ⁷ vel corr. alia (?) m. C. — ⁸ qui P. — ⁹ animalis corr. in marg. alia (? recentior) m. C. — ¹⁰ videamus — appetitus] om. C.

tatem iam habet esse in illo | appetente secundum esse cognitum vel secundum apprehensionem, non quancumque, sed determinatam secundum condiciones individuales, ut hic¹ scilicet et nunc, et cetera. Unde appetitus talis, qui est appetitus sensualis, est potentia secundum quam appetens natus est² inclinari in apprehensum secundum sensum et secundum formam apprehensionis. Sicut enim appetitus naturalis est vis quam | consequitur inclinatio secundum solam aptitudinem realem quam habet res ex forma vel natura sua ad appetibile, ita appetitus sensitivus est vis quam consequitur inclinatio secundum modum et formam apprehensionis sensitivae ipsius appetibilis sive secundum esse cognitum quod habet in appetente.

Et sicut potentia apprehensiva est aliquid realiter differens ab ipsa natura vel essentia animalis, ita etiam est de ipso appetitu animali. Et etiam actus appetendi talis appetitus est | res aliqua et formalis perfectio potentiae appetitivae, habens pro subiecto ipsum appetitum et pro obiecto aliquid aliud quod est bonum vel perfectio ipsius appetentis³ secundum aliquid aliud eius⁴ sive secundum aliquem alium actum convenientem sibi secundum aliam potentiam principalem. Unde licet talis appetitus, ut est naturalis et non est⁵ aliud quam ipsa⁶ essentia vel natura potentiae appetitivae, non sic proxime et⁷ immediate nisi respectu suae perfectionis, quae etiam est bonum ipsius et non est nisi ipsum appetere animale, quod est actus realiter differens a potentia appetitiva quem appetit huius potentia actu appetendi, qui realiter non differt ab ipsa potentia, cum scilicet naturaliter appetit quodcumque appetere animale proxime et immediate, sed mediante illo ulterius appetit aliam perfectionem magis principalem⁸, tamen ut est animalis et appetit actu distincto realiter ab ipsa potentia nunquam⁹ per se respectu alicuius actus quo¹⁰ formaliter perficiatur, sed semper est¹¹ respectu alicuius alterius perfectionis perfectioris, quae est non quidem bonum et perfectio ipsius appetitus, sed est obiectum appetitus et bonum et perfectio alterius, quia in animalibus appetitivae potentiae et earum¹² perfectiones sunt propter vires apprehensivas et earum perfectiones; nam¹³ desiderium vel concupiscentia¹⁴ est propter operationem delectabilem secundum aliquem sensum et delectatio est propter ipsam sensibilem operationem, secundum Aris-

¹ hoc P. — ² om. VP et 2^a m. C. — ³ appetitus P. — ⁴ om. P. — ⁵ del C, et sit corr. alia m. — ⁶ om. C. — ⁷ etiam P. — ⁸ proxime — principalem] om. C.; proxime — appetit alio modo perfectionem — principalem in marg. alia m. C. — ⁹ per add V. — ¹⁰ actus quo] ab aliquo PC. — ¹¹ se — est] om. C.; se — est respectu alia m. C. in marg. — ¹² eorum C. — ¹³ vero P; om. C. ut alia m. C. — ¹⁴ concupiscentia V.

totelem (1), decimo Ethicorum. Unde appetitus talis nunquam per suum actum qui proprie dicitur et vere² est actus per se et directe appetit perfectionem; immo³ ipsum appetere est³ ipsa perfectio appetitus; sed semper appetit perfectionem aliam principalem, ex qua⁴ etiam in ipso appetitu causatur quaedam delectatio perfecta ipsius. Ex hoc patet quod in bruto sensus est nobilior potentia quam appetitus et quod per operationem sensitivam perfectius et principaliter unitur brutum rei appetitae quam per appetitum. Ex quo etiam ulterius posset concludere quis ita esse in voluntate respectu intellectus. Sed de hoc nihil ad praesens nisi quod ratio, qua aliqui (2) ponere volunt quod per voluntatem aliquod perfectius unitur appetibili quam per intellectum, etiam concluderet hoc in bruto de appetitiva potentia respectu apprehensivae. Si enim per⁵ hoc voluntas magis dicitur unire, quia est primum et principale movens alias potentias ad suos actus et obiecta et eas illis uniens, immo per voluntatem ipse volens dicitur simpliciter magis et⁶ perfectius uniri suo finali obiecto quam per aliam aliquam⁷ potentiam; cum haec etiam in appetitu bruti respectu illarum potentialium bruti reperiantur, in bruto esset⁸ nobilior potentia appetitus quam sensus et magis uniret; quod tamen non est verum. Immo hoc est causa contrarii, scilicet quare appetitus minus unit; quia, illo scilicet existente in actu suo appetendi, appetens ipsa re carens per appetitum sic existentem in actu appetendi movet alias potentias et organa ad assequendum illam et sic per aliquem sensum illam apprehendens fruatur ista⁹ principaliter per actum tangendi vel gustandi vel¹⁰ alio modo. Concomitative autem consequitur delectatio vel complacentia vel amor et aliquid huiusmodi¹¹ ad talem actum perfectum | ut¹² dictum est, in ipso appetitu cum iam res est adepta et ipsi appetenti per actum alterius potentiae principaliter unita.

Propter quod etiam ipsi appetitui attribuitur fruitio, non sic quidem | quod actus aliquis voluntatis sit actus principalis in quo principaliter consistit beatitudo qua obiecto beatificativo fruimur, sed sic quia in eo quod ad voluntatem pertinet, sive dicatur passio ut delectatio sive actio ut amor vel dilectio, aliquo modo completur et terminatur ipsa beatitudo secundum id quod ad beatitudinem pertinet, non primo et principaliter ac essentialiter, sed concomitative et aliquo modo accidentaliter.

¹ om. C. — ² scilicet add. P. — ³ et P. — ⁴ quo P. — ⁵ propter PC. — ⁶ etiam C. — ⁷ aliam aliquam] aliquam aliam P. — ⁸ esse V. — ⁹ illa PC. — ¹⁰ gustandi — vel] om. C. — ¹¹ huius P; aliquid huiusmodi] om. 1^a m. C, aliquid huius suppl. 2^a m. C. — ¹² om. C.

(1) Cfr. Aristotelis *Ethica Nicomachea*, l. X, c. 4 (ed. Bekker, vol. 2, p. 1174-1175). — (2) Henricus de Gandavo, *Quodlibetum* X, q. XIV; — et *Summa Theologica*, art. XLIX, q. VI (t. II, fol. XLII, R).

Cod. P
fol. 167 R^b

Cod. C
fol. 79 V^a

Cod. V
fol. 144 R^a

Ex praedictis patet quid sit appetitus rationalis qui specialiter voluntas dicitur, quia est potentia per quam appetens natus est inclinari in id quod est sibi conveniens in quantum est apprehensum | a ratione secundum modum et formam rationis; et cetera. Unde dicit Damascenus (1), libro vigesimo secundo, capitulo secundo, quod voluntas est appetitus rationalis. Isti enim tres appetitus sic videntur habere² se per ordinem quod prius inclinatur in sibi conveniens ex sola habitudine et conformatione reali absque omni cognitione; appetitus autem cognitivus qui dividitur in animalem et rationalem³ inclinatur in sibi conveniens secundum quod est apud ipsum secundum esse cognitum. Unde distinguitur secundum quod distinguitur etiam modus cognoscendi qui est potentiae sensitivae vel⁴ intellectivae.

ad 2
p. 162 ff.
a.
b.
a.
Viso ergo quid⁵ nomine appetitus intelligitur, videamus de secundo, scilicet quid nomen libertatis importet sive qua ratione alicui convenit ratio libertatis. Et circa hoc videamus primo quid libertas includit, sive quid oportet ei inesse quod liberum esse dicitur; et secundo videamus quid non excludit eorum quae excludere tamen videtur.

Et quantum ad primum autem sciendum quod, prout dicitur primo Metaphysicae (2), sicut homo dicitur liber qui suimet et non alterius causa⁶ est, ita generaliter dicitur liberum illud quod suimet et⁶ non alterius causa est. Sicut ergo ille⁷ dicitur servus, secundum Philosophum (3), primo Politicorum, qui non sui ipsius gratia est, sed alterius, qui se ipsum nescit regere nec faciens aliqua habet plene notitiam rationis eorum quae facit et propter quae facit, nec se ipsum⁸ in illis dirigit, sed dirigitur et movetur principaliter ab alio; ita ille liber est qui se ipsum regere scit, cognoscens finem et rationem finis et eorum quae ad finem et proportionem illorum ad ipsum finem, et cetera. Et similiter etiam liberum dicitur generaliter id quod secundum suam naturam non est determinatum ad aliquid vel non habet naturam quae ex alio sic determinatur quod se ipsam determinare non possit ad aliquid, sic scilicet quod finem suum apprehendat et rationem finis et ordinem ad ipsum. Nunc autem in universitate entium quanto aliquid⁹ magis accedit ad esse materiale et magis materiae est mixtum et | immersum, tanto magis est determinatum et ex hoc etiam magis servum et minus liberum; et quanto magis

Cod. I
fol. 167

Cod. P
fol. 167 V

¹ om. PVC. — ² per add. C. — ³ et rationalem] om. C; suppl. in marg. 2^a m. C. — ⁴ om. 1^a m. C. — ⁵ qui C. — ⁶ om. C. — ⁷ ille dicitur | dicitur ille PC. — ⁸ etiam add. C. — ⁹ aliquis V.

(1) Iohannes Damascenus, *De Fide Orthodoxa*, l. II, c. XXII, 187 (Migne, PG, t. 94, 943-944). — (2) Aristotelis *Metaphysica*, l. I, c. 2 (ed. Bekker, vol. 2, p. 982, b). — (3) Aristotelis *Politica*, l. I, c. 5 (Bekker, vol. 2, p. 1254, b).

aliquid accedit ad esse abstractissimum¹, scilicet² Deum per ampliorem recessum a dicta immixtione et immersione materiae, tanto minus est servum, immo magis liberum. Quia ergo omnia entia materialia, scilicet elementa, mixta, vegetabilia, irrationabilia, quae scilicet habent formam sic a materia dependentem et illi immersam quod educitur de potentia materiae et sine ista nec esse nec operari habet, omnia sic sunt determinata et quasi coarctata quod etiam bruta quae aliquo modo finem cognoscunt, tamen finem sub ratione finis non apprehendunt³, nec ordinem eorum quae sunt ad finem; et ideo licet sint⁴ quaedam animalia⁵ quae agunt operentur propter finem, respectu illius tamen libertatem habere non possunt, sed quasi servitutem, in quantum scilicet respectu illius se non agunt sed aguntur; qui, ut dictum est, rationem finis et ordinem et convenientem habitudinem eorum quae sunt ad illum non cognoscunt, talia enim ratione suae materialitatis praedictae sive potentialitatis et imperfectionis materiae determinantur ut modo materiali sive naturali et determinato⁶ tendant in suos fines, licet in ipsis sint diversi gradus secundum diversum modum naturae ipsorum, prout maxime materialia et minime⁷ formalia; puta: elementa magis sunt determinata et ad minus nobiles operatio[n]es, deinde mixta, deinde vegetabilia, deinde sensibilia. Entia⁸ vero rationalia et intellectualia, quia ratione suae formae non sunt materiae immixta et immersa dicto modo, ideo ista sunt in natura sua et operatione quasi quandam universalitatem⁹ et indeterminationem¹⁰ importantia in virtute. Cum et ista dicantur esse ad imaginem et similitudinem Dei, qui est esse infinitum et illimitatum et indeterminatum in quantum continet omnem entis perfectionem in essendo et operando, propter quod ista sui finis et rationis eius et ordinis vel habitudinis eorum quae sunt ad ipsum cognoscunt; et ita habent perfectam finis notitiam quam etiam ratio voluntarii consequitur; perfecta enim cognitio finis, quae non habetur nisi a natura immateriali, est quando non solum apprehenditur res quae est finis, sed etiam cognoscitur ratio finis et proportio eius quod ordinatur in finem ad ipsum. Unde quia sensibilia non sunt sic abstracta quod sic possint cognoscere ens ut cognoscibile abstractum et sub ratione universali et rationem ordinis et habitudinis unius ad alterum, ideo non habent libertatem nec in cognoscendo nec in appetendo. Sed rationabilia, quia ratione suae abstractionis et immaterialitatis non ordinantur ad aliquod ens aut bonum particulare, sed ad omne ens

Cod. C
fol. 79 V^bCod. V
fol. 144 R^bCod. P
fol. 168 R^a

¹ abstrahissimum C; abstratissimum V. — ² ad. add. in marg. alia (? recentior) m. C. — ³ apprehendit PC. — ⁴ sicut 1^a m. V et P; sic C; sequitur rasura. — ⁵ illa C; illa 1^a m. V, in animalia corr. 2^a m. V. — ⁶ determinata C. — ⁷ et minime] om. 1^a m. C. — ⁸ etiam V. — ⁹ utilitatem 1^a m. C; del et universitatem corr. 2^a m. C. — ¹⁰ indeterminationes C.

et bonum¹ universaliter se extendunt, universalem rationem entis et boni apprehendentia et etiam appetentia, possunt cognoscere unumquodque et rationem uniuscuiusque et in se et in ordine et habitudine unius ad alterum; et ideo libertatem habent et in cognoscendo et in appetendo. Quia enim, ut dictum est, ad appetitum, de cuius libertate quaeritur, pertinet inclinatio sive ordo in aliud, aliqua autem nullo modo possunt se ipsa ordinare in aliud, sed ab alio ordinantur, sicut res naturales quae cognitione finis et eorum quae sunt ad finem carent, et etiam² bruta quae, licet finem cognoscant, non tamen rationem finis nec proportionem eorum quae sunt ad finem ad ipsum finem; unde etiam dicuntur agi, quia agere quod convenit eis est cum impetu³ et instinctu naturae, licet cum aliqua finis apprehensione. Sed immaterialia, quia ratione suae abstractionis sunt conversiva supra se ipsa et possunt cognoscere finem et rationem finis et ea quae sunt ad finem et proportionem eorum ad ipsum finem, ideo talia⁴ possunt se ipsa ordinare in aliud et habere dominium suorum actuum. Et quia secundum⁵ praedicta, ratio libertatis competit alicui rei ex immaterialitate suae naturae originaliter, potest patere quibus potentiis convenit libertas, et quibus non. Et ex hoc patet quomodo voluntas est libera, quia scilicet abstracta et immaterialis sicut et natura cuius est, scilicet anima rationalis cuius potentiae, scilicet intellectus et voluntas, sunt abstractae, sicut et ipsa anima est abstracta. Et ex hoc contingit quod homo rationalis ens potest esse sibi causa actuum suorum et habere dominium respectu illorum per intellectum et voluntatem. Unde in tali natura dicitur esse voluntarium simpliciter⁶ secundum quod dicit Damascenus (1), libro vigesimo quarto, quod voluntarium est principium in se ipso sciente singularia per quae et in quibus est actus. Sic igitur patet quod voluntas sit libera et in quo consistit ratio et modus libertatis suae.

Circa hoc tamen aliqui (2) dicunt quod libertas proprie non debet attribui nisi voluntati. Sed ad liberitatem voluntatis requiritur, ut dictum est, quod essentia in qua radicitur sit immaterialis et abstracta; et ex hoc habet voluntas libertatem radicaliter et primordialiter. Et requiritur etiam quod potentia apprehensiva, quae in eadem essentia radicitur,

¹ particulare — bonum] om. 1^a m. C. — ² om. C. — ³ impetu P et 1^a m. C. — ⁴ ad — talia] om. C; ideo talia suppl. 2^a m. C. — ⁵ om. C. — ⁶ et add. P et 1^a m. V.

(1) Iohannes Damascenus, *De Fide Orthodoxa*, l. II, c. XXIV, 192 (Migne, PG, t. 94, col. 953-954). — (2) Thomas Aquinas, *Summa theologiae*, I, q. LXXXIII, a. III, Sed contra; et a IV, concl.

Cod. P
fol. 168 R^bCod. C
fol. 80 R^a

ratione
non voluntatis
sed immaterialitatis!

inde-
terminatio

indeterminatio

sic apprehendat id¹ quod apprehendit, quod per formam apprehensam non determinetur ad unum, sed per illam apprehendatur per se id cuius est forma et etiam oppositum, ut² inclinatio sequens illam formam non sit determinata ad unum, sed possit esse ad hoc et ad oppositum, et agens secundum talem apprehensionem possit agere hoc et oppositum. Propter hoc enim potestates rationales sunt ad opposita et habentes rationem sunt liberi arbitrii. Quia enim per eandem speciem intelligitur hoc et oppositum, ideo libertas est qua potest agi hoc et oppositum vel qua potest agi et non agi. Et secundum hoc voluntas dicitur habere libertatem ex proximo ex forma apprehensa per intellectum. Sed dicitur quod ex se ipsa habet libertatem formaliter. Posito enim quod habeamus potentiam apprehendentem formam per quam possit cognosci hoc et oppositum, quia tamen talis natura sic existens adhuc erit indeterminata ad agendum, oportet dare potentiam per quam agens possit se determinare ut agat hoc vel oppositum; et huiusmodi potentia³ est voluntas. Quia ergo agens per intellectum ex forma quam apprehendit est indeterminatum ad unumquodque et indeterminatum secundum quod⁴ huiusmodi, nihil agit agens | tale, nihil⁵ aget nisi determinetur per voluntatem. Voluntas igitur est potentia in agente intellectuali qua se ipsum determinat ad agendum vel ad non agendum; et sic posse determinare se est esse liberi arbitrii formaliter. Ideo libertas inest voluntati ex immaterialitate naturae⁶ in qua fundatur radicaliter, ex forma apprehensa ex proximo et ex se ipso formaliter. Quomodo autem voluntas se determinat ad agendum vel non agendum⁷ sic declarant: quia enim unum et idem non potest se ipsum actuare, quia idem secundum rem non potest esse in actu et potentia simul respectu eiusdem, secundum hoc oportet ponere quod voluntas sic movetur ab alio quod actuatur ab alio, scilicet ab objecto sive sit finis sive id quod est ad finem. Sed a fine qui apprehenditur sub omnimoda ratione boni⁸ actuatur et necessatur, ab aliis autem⁹ potest actuari, sed non necessitari; et ideo talia non possunt determinate¹⁰ movere voluntatem. Quare oportet quod voluntas determinet se ipsam respectu eorum quae sunt ad finem. Et quia hoc modo non movetur nisi se ipsam determinet, potest dici movere se ipsam, quia se ipsam determinat. Antequam ergo sit in actu¹¹ per finem, cum sit omnino in potentia, non determinat se ipsam; ideo ad finem nec actuando nec determinando se movet; ad ea autem quae sunt ad finem, facta in

Cod. V
fol. 144 Va

Cod. P
fol. 168 Va

¹ om. C. — ² etiam add. P. — ³ potentiae P. — ⁴ om. PCV; in marg. scrip. V. — ⁵ vel C. — ⁶ om. C. rasure. — ⁷ vel — agendum] om. 1^a m. C. — ⁸ om. C. — ⁹ om. V. — ¹⁰ determinare P. — ¹¹ — sit in actu] in actu sit PC.

indeterminatio
per quid
ergo?

actu per finem, potest se determinare, sed non actuare quantum ad actionem. Ergo nihil potest se ipsum movere. Unde sicut voluntas actuatur a fine, similiter etiam actuatur ab his quae sunt ad finem; se autem determinat ut velit ea quae sunt ad finem. Et hoc sic patet: in nostra enim potestate non est situm quid nobis veniat in mentem; sed in nostra potestate est in illo sistere vel non sistere. Aliae vero² potentiae a voluntate, quia non sunt dominae sui actus, non est in potestate earum sistere. Sed aliter est de voluntate; licet³ enim volitio sit in voluntate causata a bono⁴ apprehenso, tamen | super huiusmodi volitionem⁵ voluntas habet quoddam dominium, quia in potestate voluntatis est sistere vel non sistere in tali volitione. Respectu enim finis apprehendi si sub omni ratione boni voluntas determinate movetur, nec se ipsam determinat; sed cum apprehenditur id quod est ad finem, et cum non habet rationem omnis boni respectu illius, potest se determinare; verbi gratia, cum fornicatio apprehenditur ut bona, ratione delectationis et ut mala ratione inordinationis, in potestate voluntatis est sistere in hac consideratione bifurcata, vel sistere in una et desistere ab alia, vel magis in una⁶ quam in alia. Potest enim etiam⁷ omnino desistere velle cogitare de delectatione ex qua causatur in ea volitio fornicationis; et sic voluntas se determinat, quia nisi prius determinasset se ut vellet considerare de fornicatione ratione delectationis et desistere cogitare de ea ratione inordinationis, fornicatio non potuisset actuare voluntatem nec causare in ea volitionem sui ipsius; et in hoc voluntas sic se determinando dicitur movere | se, quia nisi sic determinaret se non moveretur. Quod autem voluntas sic possit se determinare probant, quia determinat⁸ alias potentias, scilicet intellectum ut consideret de hoc et non de illo, quod esse non posset nisi prius voluntas se ipsam determinet ut velit considerare de hoc et non de illo, et secundum determinationem in voluntate fit executio in intellectu; illud ergo dominium posse sistere in uno et desistere ab alio voluntati est attribuendum, quae primo habet dominium in operatione propria et per hoc in operibus aliarum potentiarum. Ista ergo in se non⁹ causat volitionem, sed in potestate sua est sistere vel non sistere¹⁰ in volitione; et prout potest sistere vel non sistere in volitione, in potestate sua est quod potest sistere vel non sistere in quacumque alia operatione.

Cod. P
fol. 168 Vb

Cod. C
fol. 80 Rb

Cod. V
fol. 144 V

Cod. P
fol. 169 R

Godfrey

Sed ista non videntur bene dicta. Primo quantum ad hoc quod isti videntur dicere quod libertas non debet attribui intellectui formaliter, sed tantum quasi causaliter, in quantum ex forma ab ipso secundum

¹ sint PC. — ² verae P; om. C. — ³ est — licet] om. 1^a m. C. — ⁴ objecto C. — ⁵ volitione V. — ⁶ et — una] om. C. — ⁷ om. PC. — ⁸ determinat P. — ⁹ in se non] non in se P. — ¹⁰ vel — sistere] om. C. — ¹¹ eo C.

modum naturae suae abstractae apprehensa habet voluntas libertatem ex proximo. Cum enim liberum possit referri ad naturam, potentiam et actum, actus liber est qui egreditur a libera potentia; et potentia libera est quae est naturae liberae. Cum ergo essentia in qua radicatur intellectus et voluntas sit natura libera ratione suae immaterialitatis, quicquid ab illa secundum huiusmodi condicionem immaterialitatis procedit liberum oportet esse, et primo potentiam et deinde operationem. Sicut ergo huiusmodi natura est natura libera formaliter ex se ipsa ita oportet quamlibet eius potentiam esse formaliter liberam ex se ipsa. Oportet ergo intellectum formaliter liberum esse se ipso, ut est potentia talis naturae; et hoc habet ab illa natura in qua radicatur originaliter. Et similiter dicendum de voluntate. Quod enim voluntas habeat libertatem radicaliter ab immaterialitate naturae in qua radicatur, nisi et illa natura habeat libertatem in se ipsa formaliter, est impossibile. Cum ergo in eadem natura radicetur intellectus, idem est de illo dicendum. Constat enim quod natura hominis non solum secundum voluntatem, sed etiam secundum intellectum est ad se ipsam conversiva.

Quod dicitur quod voluntas habet libertatem a forma apprehensa per intellectum ex proximo, nihil est; forma enim apprehensa se habet ad voluntatem sicut obiectum ad potentiam quae nata est moveri et reduci in actum per illud. Quod autem potentia aliqua habeat libertatem vel non habeat ex obiecto, nihil est. Sed ex tali obiecto habet esse in tali actu, et ex alio obiecto in alio actu; et hoc secundum condicionem naturae suae quam non habet ex obiecto, licet illam habeat secundum convenientem proportionem ad obiectum quod est causa sui actus. Unde, quia proportio debet esse inter movens et motum sive agens et patiens, intellectus autem sive apprehensum ab intellectu habet rationem moventis respectu voluntatis, proportio quae debet esse inter istas potentias requirit quod, quia intellectus ex eo quod est potentia naturae abstractae secundum quod huiusmodi, illud quod apprehendit modo libero et quasi indeterminato et abstracto apprehendit, potentia etiam quae debet moveri ab obiecto sic apprehenso debet etiam habere naturam liberam, scilicet indeterminatam et non arctatam. Et pro tanto potest dici quod voluntas habet libertatem aliquo modo ex forma apprehensa, scilicet exigitive, quia scilicet talis forma sic apprehensa a potentia libera et modo quodam libero exigit etiam potentiam liberam quam moveat secundum actum appetendi.

¹ et potentia — est] om. P. — ² quicquid — immaterialitatis] om. C; quicquid — condicio- nem procedit suppl. 2a m. C. — ³ huius PC. — ⁴ ita — ex se ipsa] om. PC. — ⁵ quamlibet eius potentiam esse C. — ⁶ iudicator P. — ⁷ per intellectum] om. P. — ⁸ nihil — obiecto] om. 1a m. C. — ⁹ sed P.

Cod. C
fol. 80 Va
Cod. P
fol. 169 Rb

Quod autem ulterius dicunt quod quia agens per intellectum et voluntatem, per cognitionem intellectus est indeterminatum ad agendum et non agendum, et ad agendum hoc vel oppositum, sed per voluntatem determinat se in his, et hoc est eius libertas; et secundum hoc dicunt quod voluntati formaliter convenit libertas, non valet. Quia quaero quomodo voluntas possit se determinare. Si enim stante tali indeterminatione ex parte intellectus, voluntas ex hoc non est determinata, sed se determinat, aut hoc contingit ex aliqua cognitione superveniente aut nulla. Et cum ista cognitione iam existente non determinatur voluntas ex ea, si ex superveniente hoc fiat et sine ista non posset se determinare, tunc diceretur determinari ab obiecto, sicut et actuari, et non a se; si alia non superveniente nec ista praesente determinatur, sed secundum se manet indeterminata et, ut praedictum est, indeterminatum nullius actus est principium. Si voluntas non determinatur ab aliqua cognitione eorum quae sunt ad finem, sed quacumque tali cognitione stante, secundum se est indeterminata, ad hoc ut agens per voluntatem agat requiratur aliquod determinativum respectu talis indeterminationis, quia contra rationem indeterminati et existentis in potentia ad determinationem est quod se ipsum determinet, cuicumque potentiae hoc applicetur. Si autem dicatur quod immo posse se determinare contingit voluntati ex natura sua, non intellectui, sine ratione petitur propositum; quia, ut dictum est, cum intellectus et voluntas sint potentiae in eadem natura immateriali et abstracta radicatae, nullus poterit reddere causam quare uni potentiae conveniat posse se determinare et non alteri. In hoc etiam ponitur impossibile, scilicet quod aliquid unum et idem possit se ipsum determinare, si per hoc quod est determinari vel determinatum esse importatur aliquid reale vel esse realiter in aliquo actu ad quem ante esse determinatum id quod determinatur erat in potentia; quod enim aliquid existens in potentia ad aliquam actualitatem quantumcumque modicam et debilem reducat se ipsum de potentia ad illam est impossibile. Et etiam hoc ab istis supponitur. Unde in hoc etiam sibi videntur contradicere, qui propter hoc quod unum et idem non potest se ipsum reducere de potentia ad actum dicunt quod voluntas non potest se ipsam actuare.

Si ergo hoc, quod est determinare se, est esse aliquo modo in actu, in hoc quod voluntas ponitur se ipsam determinare, ponitur se ipsam actuare; si autem determinare se vel determinatum esse nihil reale est,

¹ illa PC. — ² determinare P. — ³ sed P. — ⁴ determinatur C. — ⁵ habet P. — ⁶ ratione P. — ⁷ ex — sua] om. C. — ⁸ radicator P. — ⁹ se — est] om. 1a m. C. — ¹⁰ vel C.

Cod. V
fol. 145 Ra

Cod. P
fol. 169 Va

act.
pot.
ay

Why an
additional
knowledge
? Why
can it
not be
combined
in one
of the
intellect's
options?

See also, more clearly, Q 10.13
p. 375; Q 153 p. 15

objectum
appr. 26 int?

de nihilo non oportet esse sollicitum. Et quod sit verus actus voluntatis videntur isti dicere, quia dicunt quod voluntas sic se determinat quod, facta apprehensione de fornicatione bona ratione delectationis, mala ratione inordinationis, potest voluntas desistere velle cogitare de inordinatione et solum velle insistere cogitare de delectatione. Nunc autem licet desistere cogitare de aliquo simpliciter non sit aliquis actus, licet ad aliquem actum possit consequi, tamen velle cogitare de aliquo est verus actus voluntatis; et similiter velle insistere cogitare de aliquo. Potest ergo quaeri quo agente voluntas fiat in actum secundum hos duos actus volendi; et si se ipsa, sequitur inconveniens quod voluntas evitare.

Praeterea dicere quod voluntas potest se ipsam determinare ad hoc quod velit determinate cogitare de fornicatione absque hoc quod ad hoc moveatur ab intellectu apprehendente hoc determinate sub ratione magis boni et non possit se movere ad volendum ipsam fornicationem absque hoc quod moveatur ab intellectu apprehendente et iudicante illam magis bonum, est dictum sine ratione.

Praeterea, sicut isti dicunt, voluntas non potest determinare intellectum ad actum determinatum² intelligendi ut quod cogitet circa hoc et non circa illud nisi voluntas etiam sit determinata ut velit intellectum considerare de hoc et non de alio; hoc autem est voluntatem esse in actu aliquo determinate volendi; ergo si voluntas sic determinatur a se ipsa, efficit volitionem in se ipsa, quod³ tamen isti negant.

Praeterea secundum istos, voluntas a fine et ab his quae sunt ad finem actuatur, id est fit in actu volendi finem per ipsum finem apprehensum; et similiter in his quae ad finem; et tamen a fine determinatur et respectu eorum quae sunt ad finem se ipsam⁴ determinat. In hoc autem videtur contradictio, quia pro tanto dicitur | finis actuare et determinare voluntatem, quia non apprehenditur nisi sub ratione illa sub qua semper natus est voluntatem facere in actu volendi, ita quod post apprehensionem eius non est voluntas indeterminata ad volendum; quia non remanet ex parte intellectus indeterminatio secundum apprehensionem, quin scilicet apprehendatur statim sub illa ratione sub qua natus est movere voluntatem nec requiritur alia inquisitio rationis per diversas circumstantias circa illum finem considerabiles. Ergo si facta apprehensione alicuius quod est ad finem, non statim sit voluntas in actu, hoc non est nisi quia non apprehendatur⁵ statim sub illa⁶ ratione sub qua natus est movere voluntatem in ordine ad ipsum finem; et sic remanet intellectus indeterminatus ad intelligendum et voluntas indeterminata ad volendum.

¹ determinare P. — ² om. C. — ³ quidem P. — ⁴ ipsum C. — ⁵ apprehenditur *corr. alia m.* C. — ⁶ ista C.

Ex hoc ergo non debet dici quod, quia voluntas non determinatur ab intellectu sic apprehendente id quod est ad finem, quod ipsa voluntas determinet se; sed requiritur quod fiat processus secundum operationem intellectus practici quousque occurrat apprehensio eius quod est ad finem determinate sub ista¹ ratione sub qua natus est movere voluntatem; et tunc voluntas determinatur ab eo quod est ad finem virtute etiam determinationis factae ad volendum ipsum finem. Quando ergo obiectum voluntatis apprehenditur sub illa ratione sub qua natus est actuare voluntatem, tunc² et ipsam simul actuat et determinat; quia nihil aliud est voluntatem actuare quam ipsam facere in actu, et nihil aliud est voluntatem determinare quam ipsam facere volentem in actu determinatum obiectum hoc vel illud. Sicut ergo obiectum voluntatis voluntatem actuat, secundum modum secundum quem apprehenditur a ratione sub illa ratione sub qua³ natus est⁴ movere voluntatem, ita etiam obiectum voluntatis voluntatem⁵ determinat, non ipsa se ipsam; voluntatem enim determinari nihil aliud est quam ipsam⁶ velle aliquod obiectum determinatum determinate; et indeterminatio intellectus apprehendens obiectum indeterminate est causa indeterminatio voluntatis in volendo; et determinatio intellectus in apprehendendo sive determinata apprehensio intellectus est etiam determinatio voluntatis vel causa determinationis voluntatis indeterminate volendo.

Quod autem dicunt quod voluntas non potest determinare intellectum nisi prius se ipsam determinet, falsum est; quia voluntas nihil agit neque aliquid determinat, nisi volendo; velle enim est actio voluntatis quae determinat id quod determinare habet⁷. Unde voluntatem intellectum determinare nihil aliud est quam voluntatem⁸ velle⁹ intellectum considerare determinate de aliquo. Unde, cum voluntas suo actu non feratur in suum actum proprium, saltem per se et directe, quia actus suus non est per se sui ipsius obiectum, sed bene fertur in actus aliarum potentialium qui bene sunt obiecta voluntatis, ideo alias potentias potest ad actus suos determinare, non autem se ipsam.

Sed quia alias potentias non potest determinare nisi ipsa¹⁰ iam sit determinata, id est facta in actu volitionis determinatae, quae scilicet velit sic determinare¹¹ | potentiam aliquam; ideo non solum per voluntatem et actum eius determinat volens intellectum suum ad considerandum determinate de hoc, sed etiam ad hanc determinationem concurrunt actus intel-

Cod. P
fol. 170 Ra

Cod. C
fol. 81 Ra

Cod. P
fol. 170 Rb

¹ illa PC. — ² om. C. — ³ ratione — quae] om. 1^a m. C. — ⁴ om. 1^a m. C. — ⁵ om. P. — ⁶ ipsum C. — ⁷ om. 1^a m. C. — ⁸ om. 1^a m. C. — ⁹ velle intellectum] intellectum velle P. — ¹⁰ ista PC et 1^a m. V. — ¹¹ qua — determinare] om. 1^a m. C.

lectus, quia voluntas nullius actus est principium, ut eliciens eligendo vel ut efficiens operando sive impellendo, quin etiam simul illius sit principium intellectus in ratione obiecti movendo et dirigendo. Unde quando apprehenditur fornicatio sub ratione boni et mali modo supradicto, ad hoc quod voluntas determinet intellectum ad considerandum determinate circa delectationem¹ fornicationis ut bonae et non circa inordinationem eius, oportet iam intellectum ipsam fornicationem apprehendere aliquo modo determinate sub ratione boni | et convenientis ratione delectationis et iudicare considerationi eius² sic insistendum; et ex hoc voluntas fit in actu ut velit intellectum circa hoc insistere et movet fantasiam et vires deservientes intellectui ad formandum phantasmata quae ad hoc requiruntur. Quod enim voluntas prius velit intellectum insistere determinate circa considerationem fornicationis et deinde ex hoc postea intellectus iudicat huic esse insistendum, hoc esse non potest; hoc enim esset pervertere ordinem potentialium et actus earum, cum semper intellectus sit prior voluntate.

Si autem quaeratur unde hoc quod post apprehensionem subreptitiam circa fornicationem determinatur intellectus et voluntas ad sistendum circa considerationem fornicationis ratione delectationis, dicendum quod non est tribuendum actui voluntatis secundum se et primo, sed intellectui primo apprehendenti sic esse sistendum, et³ deinde voluntati sic volenti quod sistatur et ad hoc moventi potentias subservientes intellectui.

Si autem quaeratur unde hoc contingit intellectui quod sic determinatur quod post talem bifurcatam apprehensionem iudicat insistendum determinate circa alterum, dicendum quod hoc potest contingere ex dispositione considerantis et ex eius ne | gligentia, puta quia⁴ sic est dispositus secundum naturam vel passionem aliquam vel habitum quod non potest diu insistere circa cogitationem fornicationis quin vehementer inflammetur eius appetitus; ex quo contingit quod apprehendit fornicationem ut sibi convenientem, quam non sic prius iudicavit; et ex hoc determinatur apprehensio intellectus et volitio voluntatis, et ex hoc quod⁵ negligit se abstrahere a mora in tali cogitatione per rationem qua, se ipsum et suam fragilitatem sciens vel scire potens, si uteretur, voluntas fieret in actu volendi retrahere a mora in tali cogitatione. Sic enim negligens facit contra consilium Philosophi (1), secundo Ethicorum, dicentis quod oportet nos erga delectationem facere et uti voce qua utebantur

¹ determinationem C. — ² eius considerationi] considerationi eius P. — ³ om. C. — ⁴ quod C. — ⁵ om. C.

(1) Aristotelis *Ethica Nicomachea*, I. II, c. ix (ed. Bekker, vol. 2, p. 1109, b).

senes plebis erga Helenam, scilicet statim | cum occurrit cogitatio de illa¹ non immorari, sed fugere talem cogitationem utendo ratione quae iudicet eam propter imminens in tali cogitatione² periculum fugiendam, ut ex voluntate hoc eligat; prout enim dicit (1) ibidem, vix potest homo³ diu de tali delectatione cogitare per intellectum quin aliquo modo illam acceptet consentiendo per voluntatem.

Quod etiam dicitur quod homo est dominus suorum actuum tam voluntatis quam aliorum et hoc dominium convenit homini ratione voluntatis et secundum hoc illud dominium quod est posse se sistere in uno et desistere ab alio, voluntati est tribuendum, quae habet dominium primo in operatione propria et per eam in operationibus aliis, non valet. Quia voluntas non habet dominium super aliquid nisi per suum actum; et sic super suum actum primo et per se non habet dominium, sed super actus aliarum potentialium; et, ut dictum est, nec dominium habet super actus aliarum potentialium super quas dicitur habere dominium per se et directe nisi assistente actu intellectus, quia non est in actu illo per quem habet dominium⁴ huiusmodi⁵ alias potentias ad exercitium suorum | actuum movendo, nisi mota ab obiecto apprehenso et directa per actum intellectus.

Non est ergo iste modus ponendi libertatem in voluntate conveniens; nec etiam est ponendum voluntatem solam habere libertatem formaliter; immo etiam hoc est intellectui tribuendum, quia ratio libertatis voluntatis originaliter consistit in abstractione et immaterialitate sua, quod non solum sibi convenit, sed etiam intellectui qui in eadem essentia animae radicatur, nec est potentia minus nobilis vel perfecta quam voluntas. Ideo non solum voluntas dicenda est esse libera, sed etiam intellectus erit liber; praesertim cum tota natura rationalis, ut in ipsa radicantur potentiae secundum quas dicitur homo ad imagi | nem et similitudinem Dei, libera sit dicenda. Constat enim quod anima, secundum totum id secundum⁶ quod est ad imaginem Dei, est libera; esse enim liberum ad nobilitatem rei pertinet; anima autem non est magis ad imaginem Dei secundum voluntatem quam secundum intellectum. Unde substantia tota mentis cum suis potentiis secundum quod huiusmodi est libera. Voluntas ergo libera dicitur non quia est appetitus simpliciter, sed quia⁷ est appetitus rationalis. Unde libertatem habet a Deo effective, originaliter autem ab essentia animae vel naturae substantialis talis, in quantum potentiae

¹ ista C. — ² in — cogitatione] om. C. — ³ ratio C. — ⁴ super add. C. — ⁵ om. P. — ⁶ om. C. — ⁷ om. C.

(1) Cfr. Aristotelis *Ethica Nicomachea*, I. II, c. ix (ed. Bekker, loc. cit.).

dicuntur ab anima oriri formaliter sive essentialiter a se ipsa. Similiter etiam intellectus necessario liber est vel libertatem habens eadem ratione qua voluntas, quia scilicet est potentia² abstracta et naturae abstractae quae ex natura sua, qua est ad Dei imaginem, est simpliciter liber vel libertatem habens et nihil servitutis habens proprie loquendo, nisi quam contrahit ex peccato. Et sicut etiam voluntas est potentia libera volendo, eligendo et diligendo et cetera, ita intellectus est potentia libera apprehendendo et iudicando et consiliando vel deliberando et cetera. Sicut enim in Deo nihil intelligitur servile nec quantum ad intellectum nec quantum ad voluntatem, ita etiam in mente nihil est servile sive ad intellectum sive ad voluntatem pertineat, quamvis et³ in Deo et in nobis aliqua pertinentia ad actus voluntatis et intellectus dicantur se habere modo naturae.

Quomodo autem illi, qui ponunt quod voluntas et intellectus realiter et essentialiter⁴ dicunt id ipsum quod substantia animae non addendo nisi solos respectus, ex respectu autem non contingit aliqua libertas vel naturalis proprietas, nec iste respectus proprie potest dici libertas, possunt dicere voluntatem habere libertatem, intellectum vero non, non video. Verumtamen sicut istae potentiae sunt diversarum rationum, ita et earum libertates; nec una magis libera est proprie quam alia, sed quaelibet perfecte libera⁵ libertate naturae propriae conveni | enti. Verum est tamen quod, sicut istae potentiae diversimode mutuo se movent, intellectus scilicet voluntatem quantum ad actuationem secundum aliquos, quantum ad⁶ determinationem actus secundum alios, ut hoc vel hoc velit; et voluntas intellectum quantum ad determinationem⁷, ut scilicet circa hoc vel circa hoc consideret sive in hac vel hac consideratione stet et maneat vel ad aliam transeat; secundum hoc potest dici quod uno modo libertas unius potentiae quantum ad usum eius dependet ab alia, et e converso, sicut potest⁸ faciliter adaptari. Sed potest quaeri quare, quando cumque fit mentio de libertate, semper hoc intelligitur de libertate voluntatis; et similiter, unde hoc quod, cum homo dicitur habere dominium suorum actuum, hoc intelligitur ratione voluntatis ac si soli voluntati libertas proprie conveniat. Et potest dici quod, quia voluntas est appetitus superior habens movere omnes potentias alias quidem a se per se et directe, se ipsam vero etiam per accidens et quasi indirecte⁹, ad suas operationes quantum ad exercitium actus, et quia ad operationes quae nobis vel dominio

¹ et C. — ² quia — potentia] om. r^a m. C. — ³ om. C. — ⁴ et essentialiter] om. C. — ⁵ est proprie quam alia add. P, postea del.; add. C. — ⁶ quantum ad] om. r^a m. C. — ⁷ terminationem P. — ⁸ patet V. — ⁹ se ipsam — indirecte] om. C.

Cod. P
fol. 171 Ra

Cod. C
fol. 81 Va

Hog

* Giles
v Aquinas

! →
(would be
coherent w/
synchronic
contiguity
of the chad)

ad q. viii:

nostro subsunt ad hoc quod sint operationes vere humanae et homini merito imputabiles, necessario concurrunt actiones intellectus et voluntatis, quae sunt potentiae hominis secundum quod homo. Nec una habet rationem principii vel causae respectu talium operationum sine alia; nec aliquis actus cuiuscumque potentiae est in potestate hominis nisi virtute utriusque horum. Nec enim loqui est in potestate² nostra, nisi in quantum illud apprehendere possumus³ sub ratione boni et convenientis et illud velle possumus⁴ sub hac ratione, et ex consequenti illud efficere possumus. Similiter etiam ipsum velle loqui non est in nostra potestate nisi in quantum in nostra potestate⁴ est primo et per se hoc quod est loqui apprehendere sub ratione boni et convenientis. Et quia hoc est obiectum actus voluntatis qui est velle loqui, apprehenditur etiam hoc quod est velle loqui | sub ratione boni et convenientis. Et sic est inducendum in actibus omnium potentialium qui facultati hominis subsunt, scilicet quod respectu illorum intellectus et voluntas simul in causando et principiando concurrunt; et quod non est dicendum quod secundum unam solam potentiam potestatem habeat homo super actus suos. Immo ipsa voluntas, de qua hoc magis dicitur, super quemcumque⁵ actum sive etiam intellectus sive sui ipsius sive cuiuscumque alterius nullam habet⁶ potestatem, nisi in virtute intellectus apprehendatur sub ratione appetibilis; et sic ipsa voluntas respectu actus super quem dicitur habere dominium movetur ab intellectu. Sed voluntas ipsa est ultimum et immediatum principium huiusmodi operationum nostrae facultati subiectarum, secundum quas laudamur vel vituperamur, in quantum tamen semper coexistit actum intellectus; talium enim actuum, quantum ad exercitium actus, est voluntas principium actuum sive impulsivum⁷. Potest esse ratio quare attribuantur⁸ specialiter libertas et dominium actuum voluntati. Hoc tamen non obstante, aequae liber est intellectus modo suo, quia tota pars rationalis per se est libera. Unde etiam appetitus sensitivus in homine sicut est rationalis per participationem, ita⁹ etiam¹⁰ liber per participationem¹¹. Secus autem de appetitu bruti. Quia enim anima bruti¹² de potentia materiae educitur in esse et in operari, ab ea dependet¹³; et oportet omnes eius potentias esse etiam sic immensas¹⁴ et arctatas; | propter quod ipse appetitus¹⁵ bruti¹⁶ libertatem secundum se non habet nec coniungitur rationali per essentiam, ut possit habere libertatem per participationem.

¹ hominis — potestate] om. P. — ² possumus P. — ³ possumus PC. — ⁴ nisi in quantum add. P, postea del. — ⁵ om. C; quem 2^a m. C. in aliquem corr. alia m. C. — ⁶ habet C. — ⁷ sive impulsivum] om. r^a m. C. — ⁸ attribuitur PC. — ⁹ om. C. — ¹⁰ est C. — ¹¹ liber — participationem] om. C. — ¹² anima bruti] om. C. — ¹³ quod ipse appetitus bruti add. P, postea del. — ¹⁴ immensas PC et fortasse V. — ¹⁵ ipse appetitus] om. r^a m. C. — ¹⁶ om. C.

Cod. P
fol. 171 Ra

Cod. V
fol. 146 Ra

Cod. P
fol. 171 Va

Cod. C
fol. 81 VbCod. P
fol. 171 VbCod. V
fol. 146 Rb

Unde brutum secundum vim apprehensivam non habet notitiam¹ abstractam et universalem, secundum quam possit de pluribus ad invicem conferendo consiliari et deliberare; sed tantum² particularem et contractam, cognoscendo rem aliquam quae est finis, non potens cognoscere rationem finis et proportionem ordinabilium in ipsum. Sed determinate et modo naturae movetur a suo objecto, et ex consequenti et statim movetur etiam appetitus³ ab eodem. Propter quod, licet moveat se ipsum brutum secundum locum, in hoc scilicet quod factum in actu secundum determinatam apprehensionem et determinatum appetitum applicat membra naturalia sibi subiecta ad motum; et sic non solum est causa passiva illius motus, sicut est in gravi, sed etiam causa per se activa. Quia tamen modo naturae determinatae dicto objecto simpliciter agente determinate³ in apprehensivam et appetitivam sic movetur, non existens aliquo modo causa activa respectu istorum, scilicet apprehensionis et appetitus; ideo respectu talis cognitionis et appetitionis non est causa nisi passiva; nec respectu illorum habet aliquo modo dominium; et per consequens non habet etiam dominium respectu aliorum actuum quorum talis cognitio et talis⁴ appetitio est principium et causa. Prout dicit Damascenus (1), libro secundo, capitulo vigesimo secundo: in irrationabilibus appetitus fit alicuius et confestim impetus ad operationem. Et libro tertio (2), capitulo decimo octavo: irrationabilia ratione carentia non possunt ducere, sed ducuntur a naturali concupiscentia; non enim ratione vel consilio vel scrutatione vel iudicio utuntur. Quia enim, ut dictum est, licet bruta cognoscant⁵ id quod apprehendunt, sive rem quae est finis et bonum cognitione particulari et solum sensitiva, non possunt tamen cognoscere quidditatem eius et circumstantias et quare et quomodo sit appetendum; ideo subito ducuntur et non ducunt se libere. Ipsa⁶ ergo substantia formae bruti, ratione suae materialitatis, non potest dici libera; et ex consequenti etiam nec potentiae eius. Cum ergo ratio libertatis, ut dictum est, sumatur ex abstractione naturae animae rationalis et potentiarum quae eius sunt secundum eandem rationem abstractionis, non solum dicendum est voluntatem esse liberam in volendo et⁶ eligendo, sed etiam intellectum in apprehendendo⁷ et iudicando; tamen magis voluntati attribuitur libertas quam alteri potentiae.

¹ non — notitiam] om. 1^a m. C. — ² tamen PC. — ³ dicto — determinate] om. 1^a m. C. — ⁴ cognitio et talis] om. C. — ⁵ illa C. — ⁶ in add. P. — ⁷ apprehendo C.

(1) Iohannes Damascenus, *De Fide Orthodoxa*, I. II, c. XXII. (Migne, PG. t. 94, col. 946). — (2) Idem, *Ibid.*, I. III, c. XVIII (Migne, PG. t. 94, col. 1075).

Quia homo aliquo modo habet primo esse in actu et¹ intelligendi et appetendi modo naturae, sicut brutum etiam fit in actu sentiendi et appetendi modo naturae, in quo quidem actu nec laudatur nec vituperatur, qui in talibus non est sibi causa per aliquem suum actum, sed obiectum solum est causa utriusque talis actus; sed cum ex apprehensione generali homo apprehendens quod non est circa aliquid insistendum per intellectum et appetitum nisi praecedente consideratione et deliberatione quomodo illud sit vel non sit conveniens et quomodo prosequendum vel fugiendum, ex hoc ista voluntas mota movet intellectum ad talem considerationem; et sic ratione mota per voluntatem quantum ad exercitium actus, ipsa voluntas postea movetur ab objecto intellectus quantum ad determinationem actus, ad volendum scilicet illud quod per intellectum² iudicatum³ est; et in hoc etiam ipsa voluntas vel homo per voluntatem est causa sibi non solum sic iudicandi illud per intellectum, sed etiam per voluntatem volendi illud in speciali. Et dicitur etiam in hoc voluntas movere non solum intellectum quantum ad exercitium actus, sed etiam se ipsam. In quantum enim a principio per dictam generalem apprehensionem voluntas facta in actu voluit intellectum exerceri in actu per deliberationem et voluit intellectum intelligere et hoc in ordine ad voluntatem convenientem, ut scilicet iudicatum vellet⁴, volebat etiam se velle in generali illud | quod inveniretur volendum in speciali; et sic simul, licet ordine quodam naturae, voluit intellectum | intelligere ut veniret ad id quod videretur appetendum et voluit se ipsum velle illud cum esset iudicatum.

Et sic licet homo habeat libertatem et dominium in suis actibus secundum intellectum et secundum voluntatem, tamen propter talia quae dicta sunt, specialiter libertas attribuitur voluntati. Sic autem non est in bruto nec in actibus eius; et ideo non est in eo libertas. Huic autem determinationi, scilicet quod libertas ponenda est in homine non solum secundum voluntatem, sed etiam secundum intellectum modo supradicto, concordat intentio Commentatoris (1), sexto Ethicorum. Dicit enim super⁵ illud: principium in⁶ irrationabilibus non est actus, quia neque ratio; dominium enim actus intellectus habet et appetitus; hoc quidem iudicaturus et inveniendus⁷ eligibile ex consiliatore; appetitus autem factivus⁸ illius quod intellectus melius esse concludebat.

Per praedicta patet quod non debet dici quod sola voluntas sit libera,

¹ om. C. — ² om. 1^a m. C. — ³ iudicant P — ⁴ iudicatum vellet] vellet iudicatum P. — ⁵ supra C. — ⁶ om C. — ⁷ inconveniens PC. — ⁸ factivus PC.

(1) Averroës Cordubensis, *Ethica*, I. VI, c. 2 (Venetiis, 1562, vol. 3, fol. 82 AB). *Iuxta sententiam valde libere refertur.*

Averroës, but
Enthetians.

Causa
sibi

Self-
move-
ment

but in-
directly
by
moving
the
intellect

to

consider and by

then accepting the judgment of
the intellect.

sicut aliqui nituntur¹ sic² ostendere : illud dicitur³ in nobis esse liberum quod est in potestate nostra ; sed, prout dicit Augustinus (1), De Libero Arbitrio, nihil tam in nostra potestate quam ipsa voluntas est ; ergo et cetera. Manifestum est enim quod per hoc non intelligit Augustinus quod ipsa⁴ essentia voluntatis sit in potestate nostra, sed actus eius elicited et imperatus. Sed constat quod nullus actus est in potestate nostra nisi per actum voluntatis et intellectus simul. Non est enim in potestate nostra loqui vel etiam velle loqui, si non sit in potestate nostra apprehendere hoc quod est loqui sub ratione boni et convenientis. Ergo per talia dicta Augustini (2) non est intelligendum quod actus intellectus etiam non sit in potestate nostra et quod ipsi intellectui non conveniat libertas ; quia ibidem dicit Augustinus (3) : nihil aliud in potestate nostra est, nisi quod cum volumus, facimus, vel nisi quod volentibus adest ; sed nihil adest volentibus, nihil etiam volumus per actum voluntatis nisi adsit | actus intellectus illi conformis quod iudicatur esse volendum vel faciendum illud quod volumus vel quod⁵ facimus ; ergo et cetera. Quare tamen⁶ actus qui sunt in potestate nostra magis dicuntur esse⁷ in potestate nostra⁸ per voluntatem quam per intellectum, huiusmodi causa iam pluries est dicta.

Item arguitur adhuc quod intellectus non sit liber, quia actus intellectus non sic est in potestate nostra sicut actus voluntatis, quia non est in potestate nostra quid nobis per intellectum appareat ; quia, sicut dicit Augustinus (4), tertio De Libero Arbitrio, voluntatem non allicit ad volendum nisi aliquod visum. Quid autem quisque sumat aut respuat in potestate est per voluntatem, scilicet ut dicunt ; sed quo viso tangatur, id est⁹ quid ei appareat per intellectum nulla potestas est ; ergo et cetera. Et est circa hoc¹⁰ ulterius intelligendum quod ex isto quod hic dicit Augustinus (5), quod non est in potestate nostra quid nobis secundum intellectum videatur, arguit Aristoteles (6) hoc falsum : quod homo non est liber nec dominus actuum suorum ; quia cum homo non agat nec agere velit nisi secundum quod apprehendit, si non est in potestate hominis quid sibi appareat vel videatur, non est et in potestate eius quid velit vel agat.

¹ libera — nituntur] om. 1^a m. C. — ² om. C. — ³ illud dicitur] dicitur illud C. — ⁴ nostra C. — ⁵ om. P. — ⁶ cum C. — ⁷ magis dicuntur] om. 2^a m. C. — ⁸ magis — nostra] om. P. — ⁹ id est] om. C. — ¹⁰ hec C.

(1) Sanctus Augustinus, *De Libero Arbitrio*, l. III, c. III (Migne, PL., t. 32, col. 1274, 7 ; et col. 1275, 8). — (2) Ibid., loc. cit. (col. 1274). — (3) Ibid., loc. cit. (col. 1274 et 1275). — (4) Ibid., loc. cit. (col. 1307). — (5) Ibid., loc. cit. — (6) Aristotelis *Ethica Nicomachea*, l. III, c. 7 (ed. Bekker, vol. 2, p. 1113).

Et est dicendum | ad ista quod in potestate nostra est quid¹ nobis appareat quantum ad aliqua, et quantum ad aliqua non, secundum quod diversa sunt obiecta, ut² secundum quod est diversus modus apprehendendi secundum intellectum. Nam quaedam entia sunt sic in sua entitate et veritate evidētia quod non nisi uno modo possunt intellectui repraesentari ; puta, prima principia in speculabilibus et ultimus finis in agibilibus ; et respectu illorum non est in potestate nostra quod sic vel aliter appareant. Quantum ad determinationem actus, licet in potestate nostra sit quod aliquando appareant vel non appareant, id est quod de illis cogitemus vel non cogitemus, et aliquando non, est hoc in potestate nostra cum subito aliquo casu contingente veniet in³ mentem | de talibus cogitare.

Alia autem, quae non sic sunt evidētia, non sic³ se habent ; quia possunt diversimode secundum diversas eorum condiciones et secundum diversas habitudines eorum ad diversa diversimode apparere. Et quia in potestate nostra est circa talia per discursum rationis investigando et consiliando procedere, et secundum quod terminatur⁴ processus talis, fit assensus intellectus, ideo etiam hoc in nostra est potestate, licet terminato tali processu non possit hoc sic vel sic non apparere⁵. Et similiter etiam cum talis assensus est de agibili non possit voluntas hoc vel hoc non velle.

Et secundum hoc dicendum est ad primum quod non est in potestate nostra quid nobis appareat subito et sine deliberatione sive quid homini veniat in mentem absque discussione et examinatione, an hoc sit verum vel bonum simpliciter.

Et quantum ad hunc modum apprehendendi dicit Augustinus (1) mentem quibusdam visis tangi ; sed quid nobis appareat ex deliberatione rationis hoc est in nostra potestate⁶. Et quantum ad hunc modum apprehendendi dicit Augustinus quod in potestate hominis est quid sumat vel respuat, id est cui ex deliberatione assentiat vel dissentiat ; quia, ut dictum est, si non sit in potestate⁷ nostra quantum ad talia cui intellectus assentiat vel dissentiat, nec in potestate nostra est quid voluntas eligat vel refugiat cum tamen semper electio voluntatis et iudicium intellectus conformiter se habeant.

Ad argumentum inductum de Philosopho⁸ (2), sufficienter dissolvit Philosophus (3) in tertio Ethicorum.

¹ quod C. — ² et cor. alia m. C. — ³ sunt — sic] om. C. — ⁴ determinatur cor. 2^a m. C. — ⁵ appetere P ; apperere C. — ⁶ nostra potestate] potestate nostra P. — ⁷ potentia P. — ⁸ inductum — Philosopho] om. 1^a m. C.

(1) Sanctus Augustinus, *De Libero Arbitrio* (loc. cit.). — (2) Aristotelis *Ethica Nicom.* (loc. cit.). — (3) Id., ibid. (loc. cit.).

His igitur sic determinatis, patet quid ratio libertatis includat¹. Nunc igitur videndum est quid non excludit eorum quae tamen excludere videtur, inter quae | praecipue videtur esse necessitas; nam necessitas praecipue videtur impedire libertatem. Sed hoc etsi verum sit de necessitate coactionis respectu quorumcumque volubilium et de necessitate absoluta respectu illorum quae sunt ad finem, sic scilicet quod respectu illorum non | habeat appetens dominium nec actu suo sit sibi causa ut illa² sic vel sic appetantur, sicut contingit in brutis; tamen non de omni necessitate est hoc intelligendum. Unde quod aliquis sic velit aliquid quod³ non possit velle contrarium et ita de necessitate, non tollit rationem libertatis, sed hoc solum quod aliquis appetat aliquid sic simpliciter et absolute quod illius actus appetendi non sit sibi causa vel principium active sed pure naturaliter, sicut contingit in gravi, vel quasi naturaliter ex sola apprehensione rei quae finis est, prout contingit in brutis, hoc⁴ tollit libertatem. Et haec videtur intentio Anselmi (1), libro De Veritate, et libro De Libero Arbitrio. Nam libro De Veritate, capitulo duodecimo, dicit quod iustitia est rectitudo voluntatis propter se servata. Et ibi declarat quomodo ista non potest esse nisi in rationabili natura in qua habet esse ratione suae libertatis, dicens quod cum homo facit quod debet dicimus eum iustum; non tamen lapidem facientem quod debet cum inferius descendit, quia hoc sponte homo facit, non lapis sed naturaliter. Equum autem, si aliquo modo volens sive sponte facit quod debet cum vult pascere, non dicimus iustum, quia hoc debitum vel hanc rectitudinem non agnoscit ut sic etiam hoc faceret propter eam, nullatenus autem est iustitia quae tenentem se facit laudabilem nisi in rationabilibus quae rectitudinem hanc percipiunt. Ergo non est in equo. Et hoc iterum patet per ea quae subdit (2) ubi supra, libro De Veritate, dicens: sed quia sicut omnis voluntas quae laudatur vel vituperatur⁵ vult aliquid, ita vult propter aliquid⁶, non est recta voluntas nisi volendo quod debet et propter quod debet; voluntas ergo bona⁷ et recta est quae servat rectitudinem propter ipsam rectitudinem | et quae etiam vult alia quaecumque propter ipsam⁸ et cetera; hoc⁹ autem non potest esse nisi in natura quae rectitudinem ipsam ut finem et rationem rectitudinis cognoscit et ordinem eorum quae sunt ad ipsam. Et secundum¹⁰ hoc¹¹ illa voluntas dicitur recta et bona et ratione suae libertatis laudabilis | quae servat

¹ includit PC. — ² ista C. — ³ quod — quod] om. 1^a m. C. — ⁴ om. P. — ⁵ imputatur vel C. — ⁶ aliquod C. — ⁷ om. C. — ⁸ rectitudinem et quae — ipsam] om. P. — ⁹ hec C. — ¹⁰ et secundum] om. 1^a m. C. — ¹¹ hec C.

(1) Cfr. Anselmus Cantuariensis, *De Veritate*, c. XII [al. XIII.] (Migne, PL., t. 158, col. 482); — *De Libero Arbitrio*, c. IV (*Ibid.*, col. 495). — (2) Id., *De Veritate*, *ibid.* (loc. cit.)

rectitudinem dicto modo propter rectitudinem etiam, si illam non posset non servare. Deus ipse enim¹ in quo secundum modum intelligendi haec sunt cum necessitate immutabili, vult suam beatitudinem, habet tamen verissime libertatem; et beati etiam qui necessitate immutabili² feruntur in Deum³, dicuntur vere habere libertatem voluntatis⁴ tali modo. Unde dicit idem (1), libro I De Libero Arbitrio, capitulo primo⁵: potestas peccandi addita voluntati minuit libertatem et si dematur⁶, auget; ideo nec libertas nec pars libertatis est⁷. Posse ergo aliquid et posse oppositum et velle aliquid et posse velle aliquid oppositum secundum quod huiusmodi non sunt de ratione libertatis. Ergo velle aliquid immutabiliter et sic de necessitate non repugnat libertati, cum solum requiratur ad libertatem ex parte voluntatis quod volitum sit illud in quo ratio finis reperitur propter se sive propter ipsam rationem finis quae apprehenditur a volente, aut quod volitum sit illud in quo salvatur ratio finis, in quantum illud est ordinatum ad finem et appetitur propter ordinem ipsius in finem. Unde subdit Anselmus (2), tertio capitulo: liberum arbitrium non est aliud quam arbitrium potens servare rectitudinem voluntatis propter ipsam rectitudinem⁸. Et ita, capitulo quarto: habemus semper potestatem servandi rectitudinem voluntatis propter ipsam rectitudinem, etiam ista⁹ rectitudine absente, quamdiu ratio in nobis est qua eam valeamus¹⁰ cognoscere et voluntas qua eam possumus tenere. Ex his enim constat praefata libertas arbitrii, unde cognoscere ipsam rectitudinem, hoc est rationem finis et cetera, et in illum sic per voluntatem ferri sive immutabiliter sive mutabiliter¹¹, hoc pertinet ad rationem libertatis. Unde cum volo finem sub ratione finis, scilicet quia considerando rationem finis, quia scilicet est bonum simpliciter et per se et volibile etiam propter se et sic debitum ut eum quis velit et sic ipsum volo etiam ut sic non potens non velle, cum hoc considero, libere et | laudabiliter volo. Hoc enim patet in Deo et in beatis, ut dictum est, et in damnatis qui etsi immutabiliter sive necessitate immutabilitatis¹² volunt quod volunt, tamen libere volunt. Unde dicit Bernardus (3), De Libero Arbitrio, capitulo tertio, quod sicut caelestis angelus aut etiam ipse Deus permanet libere bonus, propria

¹ non 1^a m. C., del. 2^a m. C. — ² habet — immutabili] om. 1^a m. C. — ³ feruntur in Deum] in Deum feruntur C. — ⁴ om. C. — ⁵ li. ar. c. i add. C. — ⁶ deviat C. — ⁷ est posse peccare add. in marg. alia m. C. — ⁸ voluntatis — rectitudinem] om. C. — ⁹ illa PC. — ¹⁰ valeamus V. — ¹¹ om. 1^a m. C. — ¹² qui — immutabilitatis] om. 1^a m. C.; qui et si necessitate immutabilitatis suppl., 2^a m. C.

(1) Anselmus Cantuariensis, *De Libero Arbitrio*, c. I (Migne, PL., t. 158, col. 491). — (2) Idem, *ibid.*, c. III (col. 494). — (3) Bernardus (Sanctus), *De Gratia et Libero Arbitrio*, c. III (Migne, PL., t. 182, col. 1007).

Cod. P
fol. 146 Vb

Cod. P
fol. 172 Vb

Cod. C
fol. 82 Va

Cod. C
fol. 82 Vb

Cod. P
fol. 173 Ra

Cod. V
fol. 147 Ra

Cod. P
fol. 173 Rb

videlicet voluntate, non aliqua extrinseca necessitate; sic diabolus aequè libere in malum corruit et persistit suo utique voluntario motu, non alieno impulsu. Et infra¹ (1): nec Deus caret libero arbitrio, nec diabolus; quoniam quod iste non potest esse malus, non infirma facit necessitas, sed firma in bono voluntas, et voluntaria firmitas; quodque ille² in bonum non valet respirare non aliena facit violenta oppressio, sed sua ipsius in malo obstinata voluntas, ac voluntaria obstinatio. Et sic patet quod non quaecumque necessitas excludit libertatem; quia, cum immutabiliter aliquid volo, quia est per se bonum vel quia ordinem habet ad per se bonum, stante tali immutabilitate laudabiliter volo; et etiam meritorie si sim viator et in statu merendi, quia talis volitionis sum³ mihi causa etiam⁴ aliquo modo active supradicto modo. Sic⁵ ergo necessitas non repugnat libertati; unde voluntas vult finem ultimum de necessitate et tamen libere.

Cod. C
fol. 83 R¹

Similiter etiam⁶ deliberando de eo quod est volendum propter finem, facta conclusionem et stante tali apprehensione, voluntas non potest illud non velle; et tamen dicitur quod illud velit libere et laudabiliter et meritorie non obstante tali immutabilitate voluntatis. Et hoc etiam quia volens hoc, est sibi causa volendi hoc in quantum volens praedicatum finem fuit causa deliberandi de isto⁷, et sic etiam electionis eius; et cetera.

Cod. P
fol. 173 V^a

Ex his ergo patet quomodo salvari potest libertas voluntatis in eligendo id quod est ad finem post conclusionem factam per consilium rationis deliberantis absque hoc quod oporteat ponere quod possit eligere oppositum, stante dicta notitia determinata ex principio aliquo propter se volito. Semper enim electio voluntatis est conformis iudicio rationis deliberantis sive in bonum sive in malum. Unde dicit Philosophus (2), tertio Ethicorum, quod ex consiliari iudicantes⁸ desi⁹ deramus secundum consultum. Si conclusio ergo syllogismi consiliativi¹⁰ procedentis ex fine bono bene deducatur, illud conclusum voluntas eligit, isto iudicio stante, non potens illud non eligere, licet non necessitate absoluta illud velit, sed quasi condicionata et ex suppositione alterius, scilicet finis.

Cod. V
fol. 147 R^b

Voluntas enim solum excludit necessitatem coactionis, non immutabilitatis¹¹. Sed duplex est necessitas immutabilitatis quae stat cum libertate voluntatis; una est respectu solius finis ultimi sub ratione communi qui

¹ mensura PC — ² vel VP; ille (2) corr. alia m. C — ³ om. C. — ⁴ una C. — ⁵ si VP et 2^a m. C. — ⁶ in add. alia m. C. — ⁷ illo PC. — ⁸ iudices V. — ⁹ consilium PC. — ¹⁰ immutabilitas P et 2^a m. C.

(1) Idem, *ibid.*, c. x (col. 1020) — (2) Aristotelis *ethica Nicomachea* I III, c. v (ed. Bekker vol. II, p. 1112b)

dicitur beatitudo vel felicitas; et hæc necessitas immutabilitatis potest dici necessitas absoluta quia, facta apprehensione huius quod nomine beatitudinis importatur, voluntas simpliciter et absolute et non conditionaliter et ex suppositione alterius vult illam, nec potest non velle. Alia est respectu quorumcumque aliorum; et hoc est necessitas ex suppositione sive condicionata, quia voluntas talia non sic vult ex necessitate absoluta quod, quodcumque et quomodocumque apprehendantur, non possit illa non velle; sed ex suppositione finis alicuius ex quo talia deducuntur per deliberationem rationis secundum processum syllogismi practici. Unde in omni actu voluntatis semper aliqua necessitas invenitur vel absoluta vel ex suppositione. Et ex hoc contingit quod ab aliquibus dicitur quod voluntas aliquid vult libere, non tamen libero arbitrio; et aliquid libere et libero arbitrio. Et illud quod est ad finem etiam¹ libere volumus, sed² libero arbitrio³; quia liberum arbitrium quod pertinet ad voluntatem, in quantum magis respicit quod est ad finem, et actum qui electio dicitur, includit iudicium rationis deliberativum. Non similiter autem hoc quod dico liberum, quod pertinet ad voluntatem in communi et magis secundum appropriationem respicit ipsum finem et actum qui dicitur simpliciter velle, sic includit tale iudicium; quia iudicium rationis cuius voluntas vult finem⁴ sub ratione finis non est simpliciter deliberativum⁵ proprio loquendo, sic scilicet quod supposito aliquo volito per se et non est certum per quid possit adipisci, investigatur quid sit illud per quod possit melius adipisci; et cum ad hoc etiam plura inquiruntur, investigatur per quid hoc fieri melius possit ista comparando et conferendo ad invicem et ad ipsum finem, et cetera; sed est quasi simplex iudicium vel solum inquisitivum utrum illud sit bonum et appetendum considerando illud in se ipso.

Cod. P
fol. 173 V^b

Ex hoc ulterius patet quod ad servandam libertatem voluntatis postquam ratio dictavit aliquid esse volendum vel appetendum, et hoc vel simpliciter vel propter se ut finem aliquem vel in ordine ad aliud, ut id quod est ad finem, non oportet ponere quod sic omnimoda necessitas excludatur quod voluntas possit tale quid non velle vel non eligere, immo etiam oppositum eligere possit; hoc enim est impossibile. Et hoc patet etiam ex hoc quod ab omnibus doctoribus in theologia concessum est quod hæc propositio est vera et tenenda secundum quod verba eius sonant et prætendunt, scilicet quod non est malitia in voluntate nisi sit error vel nescientia in ratione. Hæc enim propositio non posset habere veritatem si contra iudicium rationis posset esse electio voluntatis. Propter

Cod. C
fol. 83 R^b

¹ et C. — ² del. et suprascrip. alia m. C. — ³ liberum arbitrium VP et 2^a m. C. — ⁴ quia — finem] om. 2^a m. C. — ⁵ vel tum add. in marg. 2^a m. V.

quod etiam quidam articuli¹ (1) ab episcopo reprobati, ante approbationem tamen huius² propositionis, qui videntur contrariari³ huic propositioni, sunt sic exponendi quod huic propositioni, prout fieri potest, concordent. Nec huic repugnant dicta Bernardi⁴ (2), libro De Libero Arbitrio, capitulo secundo⁵ ubi dicit: habet voluntas quocumque se voluerit rationem semper co | mitem et quodam modo pedisecam, non quod semper ex ratione, sed quod nunquam sine ratione moveatur, ita ut multa faciat per ipsam contra ipsam, hoc est per eius ministerium contra eius consilium vel iudicium. Unde est illud (3): prudentiores sunt filii huius saeculi filiis lucis in generatione | sua; et rursus (4): sapientes sunt ut faciant mala. Neque enim prudentia neque sapientia inesse potest creaturae, neque utique in malo, nisi per rationem.

Per ista enim dicta non potest argui quod voluntas aliquid possit velle contra iudicium rationis sive contra illud quod iudicatum est a ratione esse volendum et eligendum, nisi accipiat iudicium pro sano et recto iudicio procedente ex recto et sano consilio. Immo manifeste vult Bernardus (5) quod voluntas in omni actu suo movetur a ratione obiecti; sed aliquando a ratione recta et tunc dicitur moveri simpliciter ex ratione; aliquando vero a ratione erronea, et tunc dicit⁶ moveri rationem⁷ etiam contra ipsam rationem. Et hoc innuunt verba quae sequuntur, scilicet quod voluntas facit per ministerium rationis, id est⁸ per id quod ratione errante proponitur contra eius consilium, id est contra id quod sane suadet ratio. Et hoc manifestat per ea quae sequuntur: neque enim prudentia vel sapientia, et cetera; sed ad servandam voluntatis libertatem sufficit quod istis suppositis voluntas non consentiat simplici et absoluta necessitate ab alio causata, quae potest reduci ad necessitatem coactionis, sed consensu proprio in quo etiam est sibi causa et ideo libere consentit. Unde, cum dicit Bernardus (6), De Libero Arbitrio, capitulo secundo: ratio data est voluntati ut instruat illam, non ut destruat. Destrueret autem ipsam si ullam⁹ ei necessitatem imponeret, quo minus libere pro

¹ articulo P. — ² huiusmodi V. — ³ contrarii C. — ⁴ bedae vel boethii (?) PC. — In margine notavit V: ostendit dicta Bernardi non esse contradictoria quibus tamen aliqui inniuntur. — ⁵ vicesimo tertio. — ⁶ dicitur P. — ⁷ ratione corr. 2^a m. C. — ⁸ id est] om. C. — ⁹ nullam PC.

(1) Opiniones ducentae undeviginti Siger de Brabantia, Boetii de Dacia aliorumque, a Stephano episcopo Parisiensi de Consilio doctorum Sacrae Scripturae condemnatae, 7 Martii anno 1277, — n^o 130 et 131 (H. Denifle et Chatelain E., Cartularium Universitatis Parisiensis, t. I, p. 531). — (2) Ibid., c. II, 3 (Migne, PL., t. 182, col. 1003). — (3) Respic. Luc. XVI, 8. — (4) Respic. Ierem., IV, 22. — (5) S. Bernardus, De Libero Arbitrio (loc. cit.) Fere verbo ad verbum. — (6) Idem, ibid. (loc. cit.) c. II (Migne, PL., t. 182, col. 1003).

arbitrio sese volveret¹ sive in malum² sive ad bonum. Quod si ex necessitate et absque consensu propriae voluntatis iusta iniustave³ potest rationalis creatura, aut misera esse non debet aut beata esse non potest. Ex istis videre possumus quod non excludit necessitatem omnimodam, sed illam quae consensum spontaneum | propriae voluntatis excluderet. Ista autem est cuius ipsa non esset sibi causa aliquo modo active quae, ut dictum est, potest reduci ad necessitatem coactionis. Talis enim necessitas coactionis⁴, quae libertati repugnat⁵, non solum est in his quae violentia moventur, sed universaliter in omnibus ratione carentibus sive agent sive patiantur; quia talia magis aguntur quam agant, quia ipsorum actio in eorum potestate non est. Non sic autem est in homine, qui habet potestatem super actus suos per rationem includentem intellectum et voluntatem. Unde cum occurrit apprehensioni alicuius aliquid appetibile, si ex hoc modo supradicto velit talis considerare an illud sit tale quod secundum se et propter se sit bonum volibile ut finis vel iam actu volens aliquid pro fine, velit considerare de alio an sit conveniens et expediens ad illum finem volitum et in hoc etiam iam sit quodam modo illud volens implicite et in potentia et ex suppositione, ita quod si ratione inquirente invenerit illud expediens ad illum finem, tunc velit explicite et in actu, et voluntas illud ut sic non possit non velle; hoc non videtur libertatem impedire, cum consensus talis in actu et in particulari sit ei ex se et ex propria et convenienti naturae suae inclinatione et ex consensu suo proprio iam praecedente implicite in actu quo volendo finem determinate voluit etiam in generali et indeterminate⁶ illud quod est finis inductivum; quod non potest poni in natura irrationali⁷. Et hoc patet per exempla Bernardi (1), ubi supra, in Petro et in aliis qui timore | mortis inducti sunt facere malum. Dicit enim ibi: quod a se voluntas pertulit ex voluntate fuit et non ex necessitate verum est simplici et absoluta; sed voluntarium fuit. Si autem voluntarium et liberum, quem sua denique ad denegandum voluntas compulit, compulsus est qui voluit; immo | non com | pulsus est, sed consensit et⁸ non alienae potentiae, sed propriae voluntati illi utique⁹ qui mortem omnimodam evadere voluit; et ita est ergo quaedam compulsio, sed non habet excusationem, cum sit voluntaria. Cogebatur christianus negare Christum et quidem¹⁰ volens, non tamen nisi volens volebat nimis¹¹ gladium vitare ferientis. Atque ista talis voluntas intus praesidens¹² os aperiebat, non gladius qui exterius aperiebat¹³. Ecce

¹ volunt PC. — ² malis C. — ³ iniustane PC. — ⁴ talis — coactionis] om. C. — ⁵ quae add. 2^a m. C. — ⁶ indeterminate C. — ⁷ irrationali V. — ⁸ om. C. — ⁹ illi utique] utique illi P. — ¹⁰ quidam PC. — ¹¹ minis C; in illis corr. alia m. C. — ¹² praesidens 1^a m. C, in praecedens corr. alia m. C. — ¹³ apparebat PC.

(1) Ibid. (loc. cit.).

Cod. P
fol. 174 Ra

Cod. V
fol. 147 Va

Cod. P
fol. 174 Rb

Cod. C
fol. 83 Va

Cod. P
fol. 174 Va
Cod. V
fol. 147 Vb

quomodo qui vult omnibus modis¹ vitare mortem, et illam vitare non potest nisi mentiendo vel Christum negando, tali necessitate, ut dictum est, vult mentiri; quia simul cum eo quod vult² non mori, quod non potest contingere nisi mentiatur, non stat quod possit nolle mentiri; et tamen libere et voluntarie hoc vult. Ad hoc enim quod velle mentiri sit peccatum, requiritur quod sit voluntarium, non sic quidem quod aliquis etiam volendo omnino vitare mortem et illam non potens vitare nisi per mendacium possit velle non mentiri vel nolle mentiri, sed sic quod non³ necessitate ab extrinseco totaliter inducta hoc vult, sed est sibi causa volendi illud. Et haec sufficiant ad videndum quae sit ratio libertatis propter quam aliqua dicuntur libera.

His ergo⁴ duobus expeditis, scilicet quid sit appetitus et quid sit libertas, nunc ad tertium articulum⁵ propositum transeamus, ut scilicet rationes quae praedicta impugnant dissolvamus et eorum qui tenent contrarium quaedam dicta destruamus. Nam, sicut ex iam dictis patet, irrationabiliter dicunt aliqui quod quis potest velle finem, et tamen cum per syllogismum practicum deductum est aliquid sine quo finis non potest haberi, potest voluntas illud non velle. Quod⁶ ostendunt quibusdam exemplis. Quia aliquis vult scire et tamen non vult addiscere nec studere, sciens tamen quod sine hoc non habetur scientia. Item aliquis vult esse abbas et tamen non vult esse monachus, sciens quod sine hoc non potest esse abbas.

Sed haec non valent. Quia, sicut in maiori propositione syllogismi speculativi sive in antecedente includitur virtualiter et implicite conclusio sive consequens et in eius assensu assensus⁷ illius; et ideo cum per syllogismum explicatur, assentiens maiori et sumpta minore de necessitate conclusioni assentit; ita in syllogismo practico in maiori includitur virtualiter et implicite conclusio, et in assensu intellectus et consensu voluntatis in propositione maiori virtualiter includitur assensus et consensus conclusionis. Unde quando fit explicatio per summptionem minoris et inductionem conclusionis, oportet illi assentire intellectui et consentire voluntate. Et hoc patet per exempla Bernardi⁽¹⁾, ubi supra. Si ex eis fiat syllogismus sic: illud per quod malum mortis effugitur est eligendum, hanc maiorem propositionem accipit pro principio; iste⁸ qui omnimode vult mortem fugere, et in hoc implicite vult illud per quod eam effugere potest. Si ergo pro minore accipiat hanc: sed nunc per negationem

¹ omnibus modis] omnimodis PC; in omnino per rasuram litterarum dis corr. alia m. C. — ² mentiri — vult] om. C. — ³ mentiri sed — non] sed sic quod mentiri non C. — ⁴ igitur PC. — ⁵ articuli C. — ⁶ quia PC. — ⁷ om. 1^a m. C. — ⁸ ille PC.

(1) De Libero Arbitrio (locis citatis).

Christi mors effugitur, et non aliter constat quod virtute dictae maioris sequitur quod negationi Christi est assentiendum per intellectum et consentiendum per voluntatem; quamvis autem huiusmodi principium sive maior accipiat ex appetitu vel voluntate finis, ex hoc scilicet quod aliquis vult conservationem vitae et evasionem mortis, format¹ sibi dictam maiorem, tamen consensus in illam maiorem² primo³ et deinde per hoc etiam consensus in conclusionem non debet attribui voluntati secundum se, | ita scilicet quod quia⁴ absque hoc quod per se moveatur ab objecto, se ipsam sua libertate movet in finem sive consentit per se fini⁵; et illo consensu supposito, non potest non consentire ei quod est ad finem, quia aliter contradictio includeretur⁶ in actibus voluntatis, | scilicet quod vellet finem ut sic, secundum quod dicunt aliqui. Licet⁷ voluntas non possit non consentire⁸ tali conclusioni, non est tamen dicendum quod hoc sit quia movetur per se ab intellectu sic concludente; sed hoc est attribuendum voluntati solum quae, quia libere movet se ad volendum finem, illo supposito, necesse habet movere se in illud quod est ad finem, cum fuerit apprehensum. Immo est dicendum quod in omni actu voluntatis causa per se est intellectus sive apprehensum ab intellectu, licet in agibilibus ex diversa dispositione voluntatis vel appetitus diversa insurgunt obiecta primo respectu intellectus, deinde respectu voluntatis, prout dicit Philosophus⁽¹⁾, tertio Ethicorum: qualis unusquisque⁹ est, talis finis videtur ei.

Ad instantias autem est dicendum quod velle scire tanquam finem potest intelligi dupliciter: uno modo secundum quod aliquis vult vel desiderat scire simpliciter et absolute ut perfectionem quandam suam, non vult tamen propter hoc difficultatem aliquam sustinere; unde talis bene vellet quod sibi scientia infunderetur, et sic vellet eam habere absque aliqua difficultate quae ad ipsam acquirendam requiritur; non oportet autem quod sic volens habere scientiam vel scire, velit studere; quia studere, ut sic, non est ad istum finem ut sic volitus est, exclusa scilicet difficultate. | Alio modo potest quis velle scire sic quod ut finis non habitus appetitur ut habendus, ita quod aliquis sic velit scire quod scientiam omnino vult sibi acquirere per quamcumque viam possibilem quantumcumque difficilem salva subiecti constantia; cum autem ad hoc studium ordinetur et sine ipso hic¹⁰ finis haberi non possit, volens sic hunc finem et sciens hoc sic ordinari ad ipsum, hoc etiam de necessitate vult. Haec

¹ forte C. — ² in illam maiorem] intellectu minorem C. — ³ om. PC. — ⁴ om. C. — ⁵ fieri P. — ⁶ illuderetur P. — ⁷ aliqui licet] aliquibus PC. — ⁸ ei quod est — consentire] om. 1^a m. C. — ⁹ quisque C. — ¹⁰ hoc PC.

(1) Aristotelis *Ethica Nicomachea*, I, III, c. 7 (ed. Bekker, vol. II, p. 1114, a. b.).

Cod. P
fol. 175 R^b

etiam experiuntur studentes qui volunt sibi scientiam simpliciter acquirere; et ex hoc | tanquam principio syllogizant quod studendum est. Et sic velle est velle¹ simpliciter et perfecte et in particulari et in actu. Non sic autem velle quo quis vult scire quadam velleitate imperfecta et quasi in universali, sed scientiam non vult efficaciter sibi acquirere, quia magis vult² aliquid aliud, puta quietem vel delectationem in aliis, vel habet aliam occupationem necessariam a quibus per studium impediretur; et ideo ratione finis sic imperfecte voliti, non vult studii laborem per quem a magis volito impediretur. Similiter etiam proiciens merces in mari, ut periculum maris evadat, voluntate absoluta vult esse dives et non potest esse dives si merces proiciat; et tamen non vult eas non proicere, quia aliter non potest dictum periculum evadere, et sic ut nunc non vult esse dives; et cetera.

Haec autem possunt aliis faciliter adaptari, ut scilicet haec quae inducunt pro se magis valeant ad propositum nostrum; quia ex eis ostendi potest voluntatem necessario sequi rationem. Universaliter enim haec experiuntur³ circa ea quae dicuntur voluntaria mixta, tertio Ethicorum (1), et de quibus dicit Damascenus (2), libro *secundo*⁴ capitulo vigesimo quarto, quod sunt quaedam media voluntarii quae in⁵ delectabilia et tristitia, quae et propter maius malum acceptamus. Si enim voluntas posset non moveri praesente obiecto et posset moveri contra omne iudicium rationis⁶, et nihil⁷ efficeret obiectum in voluntate, tunc contingere posset ut homo sine tristitia ageret id quod apprehenderet ut valde malum sibi et valde contristativum; puta, cum apprehenderit quod proicere merces in mari est malum propter malum⁸ paupertatis quod est nolendum⁹ et fugiendum et detestandum. Si voluntas non moveretur ab obiecto sed se ipsam moveret in obiectum si vult, posset omnino voluntas stare sic quod respectu huius¹⁰ mali apprehensi nullo modo esset in actu, ita quod tali casu occurrente posset quis omnino voluntarie et sine omni tristitia proicere merces nihil habens de involuntario, quia malitia paupertatis non moveret eum si vellet ad fugam vel detestationem paupertatis, ratione cuius ipsum proicere dicitur sortiri quandam rationem involuntarii et contristabilis, licet ratione alterius sortiatur rationem voluntarii. Unde semper est uniformitas et conformitas¹¹ in motu voluntatis et in iudicio rationis, et non talis contrarietas qualem quidam¹² ponere videntur. Et in

¹ est velle] om. C. — ² vel P. — ³ exprimitur PC. — ⁴ quarto. — ⁵ quae in] r^a m. C. in quaedam corr. alia m. C. — ⁶ om. C. — ⁷ om. r^a m. C. — ⁸ propter malum] om. C. — ⁹ non volendum V. — ¹⁰ huiusmodi PC. — ¹¹ et conformitas] om. C. — ¹² quidem V.

(1) Cfr. Aristotelis *Ethica Nicomachea*, I, III, c. 1 (ed. Bekker, vol. II, p. 1110) — (2) Iohannes Damascenus, *De Fide Orthodoxa*, I, II, c. XXIV (P.G. t. 94, col. 955).

hoc scilicet quod voluntas in volendo semper conformatur rationi¹ in iudicando, etiam semper talis necessitas est quae dicitur non necessitas absoluta, sed ut nunc et ex suppositione et sub condicione, sic scilicet quod tali iudicio stante oportet esse talem appetitum. Sed quia talis necessitas, qua dicitur quod voluntas de necessitate sequitur iudicium rationis, contingit in homine ut est consiliativus, solum post collationem et deliberationem praecipue respectu eorum quae sunt ad finem et etiam aliquo modo respectu finis non simpliciter ultimi, cum ratio quae deliberat de diversis sic devenit ad aliquid determinatum, quod nihilominus potest et ab initio potuit ad aliud determinari et non ad illud secundum se et absolute determinatur; non debet propter hoc dici quod voluntas sic conclusum simpliciter velit de necessitate, sed solum sub praedicta condicione et suppositione; sicut etiam in naturalibus nihil ita evenit absque necessitate simpliciter et contingenter propter indeterminationem causae a qua immediate evenit effectus contingens, quin secundum ordinem omnium concurrentium ut sic non eveniat aliquo modo de necessitate; talis autem necessitas in naturalibus contingentiam non excludit et etiam respectu voluntatis libertatem non solum liberae voluntatis, sed etiam liberum arbitrium non excludit.

Unde post praedicta dicit Bernardus (1): voluntatis voluntarius consensus, ob voluntatis inamissibilem libertatem et rationis quod secum semper et ubique portat indeclinabile iudicium, non incongrue dicitur liberum arbitrium ipse liber sive² propter voluntatem, ipse iudex sive³ propter rationem. Vult ergo per hoc, si quis bene consideret, quod consensus voluntatis semper et incommutabiliter et necessario sequitur iudicium rationis; et hoc includit liberum arbitrium. Cum ergo aliquis vult aliquid tanquam finem et conclusum sic de aliquo quod est ad illum sic quod sine isto haberi non potest, tali necessitate oportet velle illud primo volito manente et tamen libere, quia voluntarie, ut dictum est.

Verumtamen contra hoc adhuc a quibusdam opponitur; sed obiectioni eorum facile est respondere. Aliqui enim arguunt quod si voluntas non posset eligere oppositum⁴ ostensi a ratione, illa deductione stante, tunc voluntas non posset dici peccare ex certa malitia vel ex certa scientia; hoc autem videtur inconveniens; quare et cetera.

Dicendum quod modorum peccandi unus dicitur ex ignorantia, alius ex infirmitate vel passione, alius ex malitia vel industria. Si autem hoc sit peccare ex certa malitia, scilicet eligere aliquid malum contra rectum iudicium rationis, tunc omnis sciens se male facere sic peccaret et non

¹ ratio PC. — ² sui C. — ³ sui C. — ⁴ oppositionem V.

(2) Cfr. Sanctus Bernardus, *De Libero Arbitrio*, c. II, 4. (Migne, PL., t. 182, col. 1004).

deliberatio
= indi-
viduation

potuit =
past
tense

self-move
lycan

+ synchronic
contingency

= Siger

freedom
b/c of
delib.
Cod. V
fol. 148 R^b

Cod. P
fol. 175 V^b

Cod. C.
fol. 84 R^a
Cod. P.
fol. 175 V^a

Cod. C
fol. 84 R^b

valeret dicta distinctio, quia | membra non differrent. Iste enim, qui fornicatur ex passione, potest agere contra iudicium rationis in hoc quod iudicat illum actum non esse faciendum, quia est quid inhonestum et contra divinum praeceptum. Sed quia propter vehementiam passionis iudicat ut nunc delectatione carnali fruendum, ut nunc iudicat fornicandum; et sic talis aliquo modo agit contra rectum iudicium rationis; nec tamen dicitur ex certa scientia peccare, prout per hoc intelligitur tertius modus peccandi. Non est ergo intelligendum quod aliquis dicatur sic peccare ex certa scientia quod, in eligendo sic peccare non sit in eo aliquod iudicium perversum quo semper aliquod bonum ut nunc assequendum vel malum | ut nunc fugiendum, iudicet erronee pro hora talem actum in quo peccatur potius faciendum quam omittendum. Sed praedicta distinctio est sic intelligenda: ecce enim aliquis continens potest fieri in aliqua passione vehementi sic quod bonum ut nunc iudicabit fornicari et fornicabitur, sciens tamen quod male facit in hoc quod utitur tali actu illicito, quia non in sua magis tamen eligens et melius iudicans pro nunc hoc malum facere quam bono delectationis, ad quod vehemens passio inclinat, carere. Universaliter enim nullus peccans peccat, nisi iudicans melius ut nunc facere illud quod facit quam omittere illud. Sed ad hoc inclinatur quandoque ignorans in actu rationem unde est ibi deformitas et unde est illicitum; et dicitur peccare ex ignorantia. Pro tanto tamen talis ignorantia est voluntaria implicate, quia debuit vel potuit scire, sicut patet in isto qui accedit ad non suam, quam credit suam, non adhibita tamen diligentia quam debebat. Aliquando autem est sciens hoc; sed inclinatur ad hoc faciendum ex vehementia passionis, sicut iste de quo prius dictum est; et dicitur peccare ex infirmitate. Aliquando vero ex mala dispositione habituali ad hoc inclinatur.

Cod. V
fol. 148 R^a

Item, cum arguunt quod tunc sequeretur voluntatem non esse liberam, quia cogi posset in eo quod intellectus cogitur quem sequitur; dicendum quod non potest dici quod intellectus cogatur, nisi quia de necessitate assentit aliquibus conclusionibus. Sed, ut dictum est et communiter conceditur, necessitas non impedit libertatem. Unde sicut in voluntate ponitur respectu suorum actuum duplex necessitas, una quidem quasi simpliciter dicta et absoluta respectu finis saltem ultimi, et alia ex suppositione et condicione respectu aliorum; ita etiam est de intellectu quod respectu aliquorum per se notorum et respectu aliorum, alia et alia est necessitas in assentiendo illis. Constat enim quod consiliari, deliberare et conclusio per deliberationem et consilium sunt actus liberi, non serviles. Quin immo etiam videtur quod voluntas in aliquibus suis acti-

¹ om C. — ² in add. P et Ia m. C.; in etiam corr. alia m. C. — ³ id C. — ⁴ assensione C.

Cod. C
fol. 84 V^a

bus magis accedit ad rationem violentiae et coactionis quam intellectus. Et hoc patet in his quae fiunt a voluntate, prout vult aliquid non voluntario simpliciter dicto, sed mixto, ubi est aliquid de invo | luntario; et in tantum est ibi aliquid de violentia vel coactione. Sed non sic est proprie in actibus intellectus.

Ex praedictis autem patet quod ad salvandum libertatem voluntatis non oportet ponere, sicut aliqui (1) dicunt, quod voluntas ab obiecto nullo modo per se et vere movetur, sed tantum metaphorice et ut a causa sine qua non. Immo secundum intentionem Philosophi (2) et sanctorum, est dicendum quod voluntas movetur ab obiecto per se, ita tamen quod et nihilominus sic movetur ab illo obiecto, quod ipsa etiam movet se ipsam sic quod eius motus dicitur esse ab ipsa et voluntarius simpliciter. Non sic autem potest dici de aliis potentis et quibuscumque quae moventur et quae etiam aliquo modo mota movent. Brutum enim, quod movet se non quidem ad appetendum, sed ad comedendum vel aliquid tale, non dicitur movere se sic quod sit sibi causa talis motus, ut supra est declaratum, tanquam apprehendendo rationem finis, licet id quod est finis vel ad finem apprehendat, ut dictum est. Sed homo qui movet se non solum ad opus extrinsecum, sed ad ipsam electionem inferiorem est etiam per voluntatem causa sibi talis electionis. Propter quod etiam dicitur electio voluntaria, ita quod non solum actus electivus, puta loqui vel aliquid aliud, est voluntarius, quia est voluntatis volentis illud ut quoddam obiectum et sic movetur voluntas in actu illo, scilicet quo vult loqui ab isto actu qui est loqui ut ab obiecto, quasi effective habens formam et speciem ab isto; sed etiam sic actus quo quis vult loqui est voluntarius, quia est volitus per ipsam voluntatem, in quantum voluntas ab initio | voluit intellectum movere ad considerandum circa tale obiectum, quod consideratione facta, ipsa voluntas fieri in actu secundum obiectum iudicatum; et in hoc quidem voluit implicite talem actum et virtute illius, cum explicatus est in actu, est volitus; et sic est causa talis actus efectiva secundum rationem moventis et impellentis quasi ad exercitium actus. Et per hoc possunt exponi omnes auctoritates sanctorum quae videntur induci ad alium modum motionis voluntatis a se ipsa prima et per se, quod utique non oportet.

Quia vero brutum motum ab aliquo apprehenso non sic ulterius movet, sicut dictum est de homine, ideo non sic est sibi causa talis

¹ illo PC. — ² qui est del. C et in marg. scrip. 2^a m. C.

(1) Henricus de Gandavo, *Quodlibetum*, XIII (t. II, fol. CCCCXXXVII, R. Ad tertium principale). — (2) Cfr. Aristotelis *De Anima*, I. III, c. 10 (Bekker, vol. 2, p. 433, a).

cf. EN
3.1Ab 9.5
etc.in continen-
cia?self-move-
mentefficient
causeCod. P
fol. 176 V^a

≠ Godfrey

actus quod sic possit dici liber et voluntarius. Et ex hoc patet responsio ad quaesitum principale, scilicet quod appetitus bruti non est liber.

Ad rationem ergo in oppositum est dicendum quod appetibile vere et per se movet appetitum, sicut aliquod obiectum vere et per se dici potest movere potentiam quamcumque animae. Potest tamen poni quod sic movet appetitum intellectivum quod hoc¹ veram libertatem non excludit, sed eam respectu motionis | appetitus bruti excludit.

Cod. V
fol. 148 V^b

Est ergo intelligendum quod finis comparatur ad efficientem et ad subiectum actionis et hoc secundum eius esse duplex, scilicet secundum esse reale extra animam et secundum esse cognitum vel apprehensum in anima. Si ergo comparatur² ad agentem, sic dicendum quod vere, non metaphorice movet agentem, appellando vere movere aliquid educere illud de potentia in actum, sicut contingit de quolibet obiecto respectu suae potentiae. Et cum enumerantur quatuor causae, finis ut sic connumeratur³ cum agente, quia non dicitur agens nisi secundum formam finis apprehensam per quam factus est actu volens ipsum finem propter quid⁴ agit. Si autem comparetur ad subiectum factionis et secundum esse suum reale, non movet, id est non | transmutat materiam vel subiectum transmutationis nisi metaphorice. Et⁵ hoc Philosophus (1) pertractat, | primo, de Generatione, quia finis non educit illud⁶ subiectum de potentia in actum, sed factione completa habet esse, unde tunc cessat et est quies; quia tamen ratione eius secundum tale esse facta est transmutatio quam tamen non efficit, sed agens praehabens istum finem secundum esse cognitum, ideo dicitur movere secundum metaphoram. Et haec est intentio Commentatoris (2), duodecimo Metaphysicae, ubi dicit quod finis dicitur movens dupliciter secundum eius duplex esse; dicitur enim movere secundum quod est agens et sic vere et secundum quod est finis et sic metaphorice. Dicit (3) enim sic: in nobis differunt illud⁷ quod est movens nos secundum quod est agens et quod movet nos secundum quod est finis. Est enim duplex esse, in anima et extra animam. Secundum autem quod est in anima, est agens motum; secundum vero quod est extra animam est movens secundum finem; verbi gratia, quoniam balneum duplicem habet formam, in anima et extra animam, et propter istam formam quae est in anima desideramus aliam quae est extra animam; forma ergo balnei⁸ in quantum est in anima est agens desiderium

Cod. P.
fol. 176 V^b
Cod. C
fol. 84 V^b

¹ ras. C. — ² comparetur PC. — ³ quatuor — connumeratur] om. 1^a m. C. — ⁴ quid 1^a m. C, in quem corr. 2^a m. C. — ⁵ per add. 2^a m. C. — ⁶ id C — ⁷ id C. — ⁸ om. P.

(1) Cfr. Aristotelis *De Generatione*, l. I, c. 7 (ed. Bekker, vol. 1, p. 324, b). — (2) Cfr. Averroës Cordubensis, *Metaphysica*, l. XII, com. 36 (Venetiis, 1562, vol. 8, fol. 318 V) (3) Idem, *Ibid.* (loc. cit.). *Pere verbo ad verbum.*

object + efficient cause
in a material way

et motum; secundum autem quod est extra animam est finis motus, non agens; et cetera.

Cum ergo secundum supradicta, non solum voluntas sit potentia libera in ratione, sed intellectus, si quaeratur quae istarum sit liberior, posset dici quod, sicut una est libera respectu suorum actuum, ita est alia etiam libera respectu suorum; unde sicut voluntas libere eligit quod iudicatum est intellectu, ita etiam intellectus libere iudicat de eo de quo deliberavit et de eo quod apprehendit, considerando non solum id quod apprehendit et iudicat, sed rationem propter quam sic iudicandum est de isto²; et sic etiam propter illum iudicat; cum enim unius rationis sit radicalis causa libertatis istarum potentialium, sicut patet ex supradictis, potest dici quod una non est liberior alia, ut dictum est.

Sed quia ambae istae potentiae sunt principia omnium actuum hominis secundum quod homo, qui scilicet ex deliberatione procedunt³, et nulla | istarum per se sufficit ad aliquem⁴ talem actum, et⁵ in quolibet tali actu est conformitas inter ipsas; quia tamen ipsa voluntas est posterior et in eius actu electivo conformiter se habente ad actum intellectus iudicantis quasi completur id in quo consistit principium actuum⁶ humanorum⁷ respectu quorum homo dicitur habere libertatem, ideo secundum communem usum loquendi libertas magis intelligitur appropriata voluntati.

+ human-
en las
Cod. P
fol. 177 R^a

Cum ergo aliqui dicunt quod magis libera potentia est voluntas quam intellectus, quia intellectus ab exercitio sui actus potest retrahi per voluntatem et impelli in ipsum ad libitum voluntatis, voluntas autem tantae libertatis est quod a nullo in actum suum impelli potest, nec ab isto potest ab alio retrahi, sed absque impulsu vadit in actum suum et absque alio retrahente ab isto⁸ cessat | a suo actu ultronee sicut placet, sic loquentes videntur supponere quod sola voluntas sit principium actuum humanorum et quod ad hoc non exigatur operatio intellectus, cum tamen homo sit homo per rationem ut comprehendit intellectum et voluntatem. Propter quod voluntas et intellectus⁹ in essendo principia actuum humanorum sic coniunguntur quantum ad utrosque suos actus, scilicet quantum ad iudicium intellectus et quantum ad acceptionem per voluntatem, quod vix potest discerni cuius actus sit iste ultimus in quo quasi consummatur, ut dictum est, principium actuum humanorum, scilicet actus electivus. Unde, secundum Philosophum (1), sexto Ethicorum, dicitur quod electio est appetitus intellectivus vel intellectus appetitivus. Est ergo

Cod. V
fol. 149 R^a

¹ secundum C. — ² illo PC. — ³ procedit C. — ⁴ aliquam C. — ⁵ etiam C. — ⁶ vel activum V. — ⁷ humanarum VPC. — ⁸ illo PC. — ⁹ et add. V.

(1) Cfr. Aristotelis *Ethica Nicomachea*, l. VI, c. 2 (ed. Bekker, vol. 2, p. 1139, b).

dicendum quod voluntas sola nullius actus humani est principium nec etiam intellectus solus, sed voluntas in virtute intellectus cui conformatur. Unde non potest voluntas intellectum impellere vel movere ad exercitium alicuius actus nec etiam retrahere ab aliquo nisi secundum modum et formam intellectus, quo apprehenditur et iudicatur | sic impelli vel retrahi esse bonum. Ipsa¹ voluntas etiam per se ipsam non vadit ad actum suum qui, ut dictum est, proprie est principium actuum humanorum, scilicet electio etiam ut extendit se non solum ad ea quae sunt² ad finem, sed etiam aliquo modo ad ipsum finem, declarat Commentator (1), sexto Ethicorum; nec etiam per se ipsam ab illo se retrahit nisi simul ad hoc intellectu movente et iudicante, ut patet consideranti.

¹ illa PC. — ² sint C.

(1) Cfr. Averroès Cordubensis, *Ethica*, l. VI, c. 2, com. (Venetiis, 1562, vol. 3, fol. 82 Va, 1).

Cod. P
fol. 177 R^b
Cod. C
fol. 85 R^a

LES

Philosophes Belges

Textes et Études

Collection publiée par l'Institut supérieur de Philosophie de l'Université de Louvain
sous la direction de M. DE WULF

TOME IV


LE HUITIÈME QUODLIBET

de GODEFROID DE FONTAINES

(TEXTE INÉDIT)

PAR

J. HOFFMANS,

DOCTEUR EN PHILOSOPHIE
PROFESSEUR A L'UNIVERSITÉ COLONIALE

THE LIBRARY, ST. CHARLES SEMINARY CARTHAGENA, OHIO

LOUVAIN.

INSTITUT SUPÉRIEUR DE PHILOSOPHIE DE L'UNIVERSITÉ

LES

Philosophes Belges

Textes et Études

Publication publiée par l'Institut supérieur de Philosophie de l'Université de Louvain
sous la direction de M. DE WULF

TOME IV

LE HUITIÈME QUODLIBET


de GODEFROID DE FONTAINES

(TEXTE INÉDIT)

PAR

J. HOFFMANS,

DOCTEUR EN PHILOSOPHIE
PROFESSEUR A L'UNIVERSITÉ COLONIALE



THE LIBRARY, ST. CHARLES SEMINARY CARHAGENA, OHIO

LOUVAIN

INSTITUT SUPÉRIEUR DE PHILOSOPHIE DE L'UNIVERSITÉ

CORRECTIONS ET ADDITIONS

Page 20, note 1, au lieu de : q. 17, lisez : q. 1x.

» 21, » 1, ajoutez tome II après q. 1x.

» 36, lisez : Cod. P, fol. 135 V^b.

» 45, note 2, lisez : t. 158.

» 65, Cod. P, fol. 145 R^a, corrigez 144 V^b.

» 95, ajoutez aux notes : (5) c. 2, Ebron, C. XIII, q. 2 (ibid., vol. I, col. 721.)

» 97, ligne 18, lisez : nihil vos.

» 98, » 20, » : sepultum, et hoc.

» 99, » 8, » : infelici | oris et ajoutez en marge : Cod. C, fol. 72 V^b.

» » 13, » : vita mortali.

» » 16, au lieu de : Cod. C, fol. 72 V^b, lisez : Cod. V, fol. 137 V^a.

» 100, » 4, lisez : poenae ; ordo.

» » 25, » : puniuntur, boni.

» » lisez : Cod. V, fol. 137 V^b.

» 110 » Cod. P, fol. 158 R^a.

» 119, ligne 21, lisez : daremus vobis.

» 120, » 6, au lieu de : quidat lisez : qui dat.

» 121, » 7, après intelliguntur, mettez un point et ajoutez : Non enim per
loculos.

» 122, » 27, lisez : non habere ; et.

» 128, note 1, au lieu de : 1170, lisez : 1179.

» 131, ligne 30, » : bona | corporis, et ajoutez en marge : Cod. P, fol. 164 V^a.

» 133, » 2, » : religiosus ; cum.

» 139, » 3, après : factus, ajoutez : simpliciter subiectus episcopo et
exemptus est.

» 148, » 18 et 19, corrigez la ponctuation comme suit : unumquodque, et —
huiusmodi nihil agit, agens tale nihil.

Page 149, supplétez : Cod. V, fol. 144 V^b.

» 162, au lieu de : Cod. P, fol. 146 V^b, corrigez : Cod. V.

SIGLES : Cod. V = n° 14311 lat. Bibl. nat. Paris.

Cod. P = n° 15842 » » » »

Cod. C = n° 170, Pembroke College, Cambridge.

Nota. La TABLE ALPHABÉTIQUE DES AUTEURS et la TABLE GÉNÉRALE DES MATIÈRES
seront publiées à la fin du fascicule 3.